¶Ad.46. dic ꝙ lз ecclesia dicatur mater aliquo respectu.s. baptismatis quo nos regenerauit/alio tñ respectu dicitur filia Epõꝶ:ut manifeste Vrbani hoc probat auctoritas ꝑallegata iuncta glo.Ioann.ibi. Nec est inconueniens unã eandemq́ reз uarias ob causas diuerso iure .p. cẽseri. Præterea dicitur mater quoad dilectionẽ nõ quo ad potestatem/qua papa illi est ſupior quia lз sit mater oĩuз quo ad regeneratiõem/nulla tñ ei potestas clauiũ attributa reperitur/ut in argu.partis contrariç latius probabitur/maxime in.36.&.37.Nec obstat ꝙ in sedibus patrum defunctorum episcopi ab ecclesia collocantur: quia hoc intelligitur uerum/capiendo ecclesiã pro toto fideliũ cœtu nullo excepto.In quo & ipse papa includi nõ est ambiguũ. ¶Pauli aũt dictũ ad Ro.omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit/ nõ obstat/quia nõ potest illa auctoritas de papa intelligi/qui nullis potest sublimioribus potestatibus subiici cũ ipse ſup oẽs existat. Nec datur super illum ptãs humana.Per deducta late in argumẽtis partis contrariæ.19.&.26.

.p.c.postulastis đ cõcei.ꝑb.c.a colla uõe đ appel.in.6.

¶Ad argu.48.responde ut dixi in solutione.28. argu. ubi aliqua superinducta tractantur:Et ultra prædicta duꝫ dicitur Petrũ proposuisse qõneз:& apostolos una cũ aliis definisse act.15.c.Dic ꝙ ex quo erat pñs petrus ipse dicitur fecisse/sicut si procurator pñte dño aliquid faceret/dñs & non procurator diceretur .q. fecisse:Et si Cardinales aliquid statuerent pñte pont.diceretur illud a papa/nõ a cardinalibus factum:quia omnia nostra facimus quibus auctoritatem nostram .r. imptitur. Rñde eodeз mõ ad aliã auctoritatẽ dicentẽ fuisse iniunctũ paulo/ut de cerimoniis se informaret act.21.quia ibi agebatur cã fidei / & cõniuente petro acta sunt omnia. Et licet Paulus act.18.man-

tq .ff.de uerb.ob. .l.si.ꝓcuratori presentis.
r. C.đ ueteri.iu.en .l.2.§.oĩa.c. hi. q auctoritate đ ꝑbẽ. in.6.

daret custodiri pcepta aplorum/illa intelligo quæ fuerint legitima & supioris Petri .s. auctoritate firmata. Nec est credendum uiros sanctissimos aliquid præter Petri ipsorum principis uoluntatem statuere uoluisse/& per consequens omnia apostolorum nomine côiter gesta ita sunt intelligenda: ut cum Petri ipsius pmissione illis deferre uolentis facta esse intelligantur/ut Chrisost. testatur: & dixi supra in 28. argu. Noluit quippe Petrus in exordio oîa sibi tribuere/sed Apl'is & aliis cômunicare ne eos in aliquo scandalizaret: unde quod ex abûdantiori cautela factum est/suę ptâtis plenitudinem non habet ledere; ut .R. iura uolunt. .R.C. de testa. l. testamenta oia, ff. de reg. iu. l. nô solent

¶ Ad .49. dum dicitur/q portæ inferi nô pręualebunt aduersus eccl. Responde q hoc nô arguit potentiã ecclesiæ respectu potestatis illi concessæ/sed respectu fidei & dilectionis/quæ in ecclesia nûq deficient: quippe quę & in una uetula remanere poterunt cęteris a fide deuiantibus/pro ut in beata uirgine sola in Christi passione remansisse perhibetur.

¶ Non obstat Anacleti auctoritas supra adducta: quia dico formam illã ordinandi traditam a Petro principaliter/cû consensu tamen aliorum: & hoc non mirû/cum respiciat uniuersalem statû ecclesiæ: Et licet Petrus potuisset solus formam illã dare/uoluit tamen ad maiorê sui excusationem aliorum etiam adhibere consensum/ne in incremento fidei uideretur solus uelle ecclesiastica negotia ptractare. Multa enim licent quæ non expediunt: ut inquit Apostolus. c. 6. in Epistola prima ad Corinth. scribens.

¶ Obiectû ât .51. loco adductû/nô obstat: qa loqr in Epo & nô in Papa: qa eps pp scandalû pôt ab epatu remoueri & hoc fit a Papa ex câ, qui est illo supior: Papa aût superiorem nô habet/a quo possit remoueri. Et eodê mô soluit 2a obiectio/quia dñs priuat superioris auctoritate dñio seruorum quos male hêt/qd in papa esse nô pôt qui supiore caret a quo possit priuari: Solû enim deû iudicem habet/&

propter demerita dantur mali pastores: ut dixi in respon- sione ad .14. & .25. argu. pro hac parte deducta. Tertia etiā obiectio euangelica non obstat: quia licet papa peccet pp scandali cōmissionē/ nō tñ pp hoc potent deponi / superiore carens a quo deponatur. Et eodē modo ad .4. rōem rñdetur: quia nō loquitur nisi de inferioribus papa: qui si sunt mébra putrida / abscindétur de corpore pp corporis totius sanitatē: Verū si caput a corpore diuideretur / totū corpus interiret. Et euangelica auctoritas de aliis mébris languentibus loquitur/ nō de capite: ex cuius uita mébrorum ceteroꝝ salus dependet: Vnde nō est pcidendū/ sed illi a toto corpore succurrendum.

¶ Ad auctoritatē uero Clementis patet rñsio ex his / q̄ in fine dicuntur in replicationibus ad rñsiones Abb. siculi/ & alioꝝ partem ꝯtiam impugnantium.

.s. 24 q. 1. loquit. ¶ Vltimū argu. tollitur auctoritate .s. Cypriani dicētis xp̄m ut unitatem ecclesiasticā cōstitueret uni uoluisse ptātem principaliter dare/ ab eo in cęteros deriuandā: cui opinioni .t. Nico. Anac. Bonifa. 8 adhesere: & lȝ oēs apli forent & ipsi pastores/ tñ Petro pascēdi gregis cura ut capiti præcipua/ & supra alios omnes est demandata: Ita. n. xp̄o placuit sapientiæ infinitæ & bonitatis immensæ/ qui est benedictus in sęcula.

.1. 19. d. ita dñs de elec. c. fundamēta in prin. lib. 6.

¶ ARGVMENTA PRO POTESTATE PAPAE.



Icut omnia entia ab uno ente/ & omnis substātia ab una substantia deriuantur/ & in quolibet genere causaꝝ est dare unū / ad qd posteriora referunt̃ sȝ Pħm in. 2. suæ metaphi. Ita oīs principatus ab uno principe deriuatur/ qui est deus: quia Daniel pphēta ait. c. 4. Sciant gentes quia dominatur altissimus in regno hoīum/ & cui uoluerit dabit illud. Vnde in omni principatu bene ordinato unus princeps ut sit opȝ:

ut ait .a. Hiero.ad rusticũ scribens. Ad eũ quoq; regimen omniũ/qui in eo sint principatu ptineat. Cunctoꝝ etiam ad bonũ regimen illius spectantiũ solertẽ curam habeat: ꝙ aũt in uno principatu unus summus p̄sidens esse debeat p3: quia pluralitas p̄sidentiũ/quoꝝ unus alteri non sub sit/rei pub.bono repugnare uidet̃. Nam quod unus gessit posset alter destruere: duobus dñis fm .b. euãgelicã traditionem obtemperari nõ põt: Vnde ex hoc pħus in calce suæ Metaphi.totius uniuersi esse principẽ unũ affirmat: sic inqens.Entia nolunt male disponi: nec bona est pluralitas principantiũ: unus est ergo princeps. Porro ꝙ necessario sit unus princeps oĩum de principatu existentiũ/ p3: quia non esset totius princeps si aliquis sub eius ptãte nõ foret.Esset ẽt insufficiens ad bene regendũ/nisi p̄sidentia eius ac potentia ad oĩa se extenderet boniũ principatus regimen concernentia. Verũ sicut in cęlesti hierarchia unũ constat esse principatũ/unũq; principem oĩum/summum deum uidelicet: Ita & in ecclesiastica hierarchia / quæ fm .c.Grego.& Bonifa.ad instar illius est fundata: unũ principatum/unũq; principem cõuenit ponere.Et sicut in qualibet urbe unũ .d. epm/& in qualibet patrochia unũ gubernatorem/& in quauis prouintia unũ primatem uel archiepm/& in quouis regno unũ Regem esse op3: ita & in uniuersali re pub.christiana unũ necesse est ut ponamus / ad quem omnia referantur: quia particulariũ & uniuersalium ꝓportionabile est .e. iudiciũ.Vnam quoq; sanctã ecclesiam simbolus confitetur/& sacri Canones approbant: & dñs in .f.Euangelio.Vnum inquit ouile fiet & unus pastor.Vnum igitur oportet totius gregis esse pastore3: hoc aũt pastoris munus nulli nisi Petro & successoribus legit̃ a Saluatore fuisse concessum.g. dicente pasce oues meas. Solus ergo papa erit gregis dñici uniuersalis pastor/& totius christianę reip.princeps unus.Si uero dicatur Monarchiæ hmõi unitatem ad xp̄m/uelut uerum caput nostrũ/

.a.7.q.1. in apibus

.b. Math.6.Lucæ 16.c. d pen.d.1.oĩs qui odit malum

.c 89.d.c.fi.glo.in Clem. ad nr̃a3 de heret.Abb.i.c.2.đ cle. nõ resi. coll.2 Tho.in.4.d.13.ar. .1. q .1. in rñsione ad.1.q.1.

.d.đ off.or.qm̃.7. .q.1.per totum

.e.ff.de admin.tu. .l. si duo.ff. de rei uen.l.q̃ de tota .c. pastoralis.§.itẽ cũ totũ de off.deleg.

.f.24.q.1.loqt̃&.c. audiuimus&.c.pudenda & seq.&.c. oĩbus de sũ.tri.c.2 .§. una. Io.x. c.de baptis. c. fi.

.g.Io.ul.c.8.q.1.In scripturis & đ elec significasti de maior.& ob.Solite.

& pastorē referendā: cū ecclesiæ caput ab .h. apostolo ap pelletur: hoc sane nō sufficit/ quia eū oportet monarchā ponere/qui cū subditis uersetur/illosq; regat: ac fm locorum/tpo℞/re℞/& persona℞ uarietatē moderetur: beneq; uiuendi normā eosdem edoceat: & in deū uelut ultimū finem oium dirigat. Hunc aūt ordinanit .i. xp̄s/Petrū utiq; eiusq; successores: dicēdo. Tu es Petrus/& pasce oues meas. Patet igitur papam Petri successorē esse in terris totius Reip. xp̄ianę uerū & unicum caput. Nec obstat q̄ xp̄s .k. ap̄ls dixisse phibetur. Ego uobiscū sum usq; ad cōsumationem sęculi: quia de sacramentali/non de corporali uisibiliq; pn̄tia id intelligitur: quę in die iudicii tm̄ oibus a sacris scripturis manifestanda .l. pmittit̄. Pręterea nobiscum est/dū p Ep̄os & sacerdotes a suo uicario deputatos æternę nobis uitę pabulū subministrat. ¶ Argu .2.

h. ad eph. 1. c. ꝯ sa. unct. c. uno circa mediū Cle. 1. i pn. de iu. iur. c. uergē tis de heret. .i. c. Ad ap̄licę. §. nos igi de re iud. li. 6. c. p uenerabi. §. r̄nsionibus qui fil. sint leg. de ma. & obe. c. Solite. .k. Math. ul. c. .l. act. 1. c. Mat. 25. c.

¶ Vbicunq; sunt multa regimina in unū finem ordinata: ut inquit beatus .m. Tho. in .4. sen. d. 24. Aliqđ uniuersale regimen supra particularia regimina esse op₃: quia ut dicitur in primo ethi. in oibus uirtutibus artibusq; in omnibus est ordo fm ordinē finiū: bonū aūt cōe diuinius ē q̄ particulare: ideo supra ptātem gubernatiuā bonū particulare respicientē/ptātem aliquā uniuersalē gubernatricē ēt cōis boni respectu/necesse est ut ponamus: alias nō possęt esse ad unū colligatio. Vnde cū tota eccle. unū sit corpus/ut ait ap̄ls & .n. Cypria. martyr assentit: op₃ ad unitatem hmōi conseruandā ptātem aliquam totius corporis xp̄ianę Reip. directiuā ponere tā supra potestatem episcopalem/q̄ aliā quācunq; dignitatem: qua unaquęq; particularis eccl. gubernat̄. Hęc aūt est ptās papę: quā qui negant scismatici dicuntur/uelut unitatis ecclię diuisores. Inter Ep̄m quoq; & papam sunt alii gradus .o. dignitatū/unionis gradibus correspondentes/prout una congregatio aliam includit: sicut prouincia cōitas/ciuitatis cōitatem/ & regni cōitas prouintię/& mundi totius regni unius cōi-

m. q. ul. principali artic. 2. in r̄nsione ad. 3. q.

.n. 24. q. 1. loqtur.

.o. 80. d. c. 1. & 2.

tatem includit.ut proximo argumento dicitur.Quamuis aūt apostolis oībus xp̄s parem cū Petro potestatē soluendi ligandiq̧ concesserit:ut .p. Anacle.papa/& Alexander affirmant:tamen ut in hac potestate ordo aliquis significaretur: primo soli .q. Petro data est / ad ostendendum ꝙ ab eo in alios debeat potestas ista descendere. Propterea ei singulariter dixit: Confirma fratres tuos/ & pasce oues meas.i. loco meo:ubi Crisost.dicit. Prępositus & caput esto fratrū:ut ipsi te in loco meo assumentes/ ubiq̧ terrarum te in trono tuo sedentem prędicent & confirmēt. Idem etiam Chrisosto.super act.apostolorum inquit:Petrus a filio super omne quod est filii potestatem accepit: non ut Moses in gente una/ sed super uniuersum orbem: Et hoc est quod dicitur .r. Hieremiæ primo. Ecce constitui te super gentes & regna:ut plantes edifices.&c. Vnde thomas in.4.d.38.q.1.arti.penultimo.& scda secunde.q.88.articulo ulti.dicit papam plenarie gerere uicem Christi in tota ecclesia/& habet plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus:alii autem habēt inq̄tum eis a papa conceditur.Thomas etiam in libro contra errores Gręcorum.c.12.Dum uero inquit caput ecclesię esse negant sanctam scilicet Ro.ecclesiā.Manifeste unitatem corporis mistici dissoluunt.Non enim potest esse unum corpus/nisi fuerit unum caput:neq̧ una congregatio / si non fuerit unus rector. Vnde Io.x.dicitur. Fiet unum ouile & unus pastor. Origenes etiam non sine mysterio ait dictū fuisse Petro:Quodcūq̧ ligaueris super terram/ erit ligatū & in cœlis Math.16.c.Aliis autem dictum:Quęcunq̧ ligaueritis erunt ligata & in cęlo.In prima nanq̧ ꝓmissione usus fuit uerbis singulis numeri/ad demonstrandā pfectionem ptātis & illius plenitudinē quā petro erat/eiusq̧ successoribus donaturus/quę nō erat in apl̄is aliis tāię auctoritatis & pfectiōis futura.Aapp3 itaq̧ ex p̄missis unitas eccl.uniusq̧ p̄sidentis/summi uidelicet Pōt.gubernatio. ¶ Ar.3.

.p.21.d.i nouo.24 q.1. Audiuimus. .q.dcō.c.in nouo .21.d.c.1.&.2.

.r. de maio.& ob. .c.Solite de priuileg. cū & plātare. .36.d.§. Ecce.

¶ Praeterea sicut angeli maioris sunt uirtutis / nobilio-
risq; naturae q̃ mundus:& moués excellẽtius moto: agẽs
paciente melius: actus nobilior potentia : ut inquit phus
in.9.Metha.sic in ecclesiastica monarchia est dare unũ ut
primũ mouens: quod se habeat ad oĩa subalterna/ moué
do illa in ipsa agendo/atq; eadem dirigendo.Hi aũt sunt
prelati reges & principes cęteriq; fideles. Est uidere idem
in deo/cuius nutu licet omnia gubernentur: quippe qui
.s. ad Hebr.1.c. fm .s. apſum:oĩa portat in uerbo uirtutis suae : Agit tñ
angelis mediantibus/& per scdas causas;ut in.4.libro de
.t.ut eccl.ben.c.ut nostrum. ciuitate dei Aug.affirmat.Ita & Papa uicẽ dei.t. gerens in
terris per p̃latos & principes (.u. qui angeli uocanť) mũ
.u.36.d.§. ecce. dum regit/illisq; ministris utitur ad exemplũ triũphantis
.x.89.d.c.fi. .x. ecclesiae.& ideo una dicitur ecclesia pp oĩum fidelium
unitatem in xp̃o formatam per tres uirtutes theologicas
fidem/spem/& charitatem:quaꝝ prima in dei cognitio-
nem ducimur:altera ad finẽ fęlicitatis aeternę fideles am
bulant:tertia uero inuicem cũ deo iungimur. Vnde act.4
dicitur Multitudinis credentiũ erat cor unũ & anima .y.
una.Et apſus ad Eph.4.sollicite seruate unitatem spũs in
.y.12.q.1. dilectissi mis de sũ.tri.c.2. uinculo pacis.Ecclesia uero est unum totum & unus xp̃i
thalamus fm.z. Pelagiũ:cuius partes sunt particulares ec
.z.21.d.q̃uis.7.q.1. Nouatianus. clesiae & collegia.Et sicut in corpore naturali/ad cuius si-
militudinẽ dicitur hoc corpus .a. misticũ:ecclę quędam
a.de excef.p̃l.dile cta.23.q.7.c.quem admodum. sunt mẽbra diuisibilia/ut manus & pedes in digitos:quae
damq̃ qa diuisionẽ cõmodam nõ recipiunt/nec proprie
sunt membra/ut articuli indiuisibilia reputanť:Ita & mẽ-
brorum eccl. diuisibilia sunt nonnulla/ut particulares ec-
clesiae & collegia: indiuisibilia aũt singulae personae cre-
dentium.Et sic patet ecclesiã esse unũ totũ ex multis par
tibus constitutũ:& quasi unũ corpus ex multis membris
.b. 24.q.1. loqť & 23.q.7.c. quemad modum. cõpactum:ut & hoc .b.diuus Cypri.testatur. Vnũ ergo ca
put ut habeat homogeneũ est necesse:alias mõstrosa res
foret.Hunc aũt pont. esse apparet:qui caput totius ecclĩae

a beato .c.Marcello/& totius gregis dñici .d. pastor &.c. princeps apl'oꝝ & aliis (id genus) nominibus a sacris ca nonibus appellat (ut ifra latius apparebit) Erit ergo pōt. uniuersalis eccl.caput:& per consequens nec illi neqꝫ cōci lio illaꝫ rep̄sentāti potent aliquo mō subeē cā heresis tm̄ excepta:ut ex infra dicēdis manifeste cōstabit. ¶ Arg.4.

c.24.q.1. rogam⁹. d.50.d.c. hi qui al tario.§.fi. .e.de maio.& ob. .c.Solite.

¶ Ipse etiam papa per montē synai significatur:de quo dicitur Exodi.19. ꝙ die tertio descendit dñs in montē Sy nai/dicens filiis israel:Ne ascendatis in montem / ne tan gatis fines eius:qui enim tetigerit morietur.Sūmus pont. per hunc montem significatur . Primū ratione sublimita tis/quia sicut mons ille aliis erat sublimior: ita papa quo cunqꝫ p̄lato est ptāte dignitateqꝫ sublimior:Scdo ratione gr̄atuitatis/quia sicut dñs tali monte mediante descendit coram toto populo iudeoꝝ:sic & xp̄s pont. mediante/in lege noua descendit super totum populum christianoꝝ/ gratiam illi suam abundanter impartiens. Tertio ratione legalis ueritatis/quia sicut lex uetus de illo mōte iudaico populo fuit data:ita ab ipso oēs leges in xp̄ianum ppl'm diffundunt:quæ ad salutē pertinent aiaꝝ. ¶ Argu.5.

¶ Deus quoqꝫ ab initio mundi usqꝫ ad Noe/ mundum per seipsum gubernauit ut.f. Inn.4.asserit. Noe uero post diluuiū sui populi curam cōmisit : ab eo usqꝫ ad Samuelē rexit illum p patriarchas iudices & reges/qui ēt sacerdo tes erant.Hoc aūt regnum & sacerdotiū simul fuit penes alios/qui nō erāt israhelitæ sed gentiles: quoꝝ unus fuit Melchisedech/quem apl's ad hebreos.7.c. regem & sacer dotem nuncupat.Fuit enim rex salem / quæ Cananeoruꝫ urbs erat/postea Hierusalem appellata:ut in Genesi hētur .c.14.Fuit & sacerdos psal.109.Alter fuit Iob/ quartus ab Esau s'm Hiero.& Euse.Idumeoꝝ rex pariter & sacerdos. De se enim ipse .g. ait.Cumqꝫ sederē quasi rex circundan te exercitu.&c.De illius etiam sacerdotio apparet / duꝫ di citur ꝙ pro filiis sacrificia offerebat Iob .1.c. uude Isidor.

f. de foro cōp.c.l3 ex suscepto.

.g. Iob.28.45.d.c. disciplina in fi.

.h. 21.d.cleros.l.1. ¶.huius.ff.de iust. & iure.

li.7.ethimolo.ait.Maioꝝ cõsuetudinẽ hanc fuisse/ ut rex esset sacerdos & Pont.apud infideles ẽt/ut in Ro.Impatoribus manifeste apparet/qui regis ac põt.officio.h. fungebantur.Successit deinde Saul/sub quo sacerdotiũ diu fuit a regis officio sepatum.Nouissime uenit xp̃s:qui sacerdotii dignitatẽ sub salomone labefactatã instaurauit/& ad libertatem sacerdotii quę sub lege naturæ erat/ reduxit; in quo utraq; dignitas sacerdotis.s.fuit & regis. Oẽm enim monarchiã ad se traxit:iuxta propheciã Danielis/ cęteras cõminuens atq; subuertẽs.Vnde psal.8.dicitur. Oia subięcisti sub pedibus eius.qđ apl̃us ad Hebre.2.& in ep̃la.1. ad Corinthi.15.c.ad xp̃m refert:& ad Ephes.1.c. Oia subiecit pedibus eius/& ip̃m dedit caput.s.deus pater super omnẽ eccl.quę est corpus ipsius.i.sub humanitate illius/p pedes significata.Et ad Colocẽ.2.qui est caput ois principatus & ptãtis:de xp̃o loquẽs.a Psal.ẽt.71.rex appellatur. Deus iudiciũ tuum regi da:& alibi/Virga directionis/ uirga regni tui.psal.44.Ioan.uero euangelista in apoc.sua.c.17.& 19.Regem regũ.Et Greg.in princ. decre.Regem pacificũ uocant.Data quippe est illi ois potestas in cœlo & in terra:ut in Exod.Math.Saluator ipse testatur. Verũ postmodum iturus ad prẽm/& uisibilem conuersationẽ mortalibus subtracturus:ne gregem suũ sine pastore relinqueret/ illius curam fm .i. Inn.4.Beato Petro mãdauit/ & totius eccl.pastorẽ instituit.ut Hilcrdẽ.k. Conciliũ/& Greg. attestantur/cui ẽt iuxta Nicol. l. papę Iniũm / terreni simul & celestis imperii iura cõmisit:quę oia successoribus eius in persona Petri concessa fuisse/Canones sacri affirmant: ut i p̃ludiis dr̃/&.ĩfra ĩ pgressu latius explicabit. ¶ Ar.6.

i.đ homic.i.6.c.1. k.l.d.§. sed exẽpl. &.c.cõsiderãdũ.8. q.1.in scripturis đ maio.& ob.solite .l. 22.d.c.1. .m. c.Maiores.§. sed adhuc de baptis.c.sunt plures đ pen.d.3.

¶ Opera quoq; dei .m. pfecta sunt oia Deuter.32.c. uñ fm Card.scti Sixti.sicut deus in primordio humanæ creaturæ hoi es pfectos fecit:ex quibus humanũ genus naturaliter propagaretur sic & aplos/qui in ecclesię regeneratione principia & fundamenta fidei erant futuri:omni perfe-

ctione repleri cōueniebat ita ꝙ possset per eos ecclesia ꝓpagari: sine e͞po uero ecclesia ꝑficere nō ualebat cū ab eo solo possint ecclesiastica sacramenta dispensari uel ministrari. Oportuit itaq; x͞pm summū sacerdotē suā corporalem uisibilemq; p͞ntiam ab humano gn͞e ablaturū aliquem uices suas gerentem in eccl͞a relinquere pontificia dignitate ꝑditū: atq; eū potissime/q ceteris tū dignitate tū fide ꝑstaret. Is aūt erat Petrus ab eo ꝑ aliis honoratus/cuius erat fides iam dudū illi perspecta dicentis. Tu es x͞ps &c. Quem & destinauerat totius dn͞ici gregis pastorē. un͞ Grisos. sup illud Luc. 24. Apparuit Symoni dicit: primo digniori & fideliori oībus apparuit. Itē Aug super illud Io. 13. uenit ergo ad Symonē petrū/quis ait nesciat primum apl͞oꝝ esse btūm Petrū. Preterea cū aliquid alicui cōmittitur id etiam concessum .n. intelligitur sine quo cōmissio illa expedire nō pōt. Dn͞icum uero gregē Petro x͞pi uoce cōmissus Io. ul. c. perfecte pascere nullus pōt nisi e͞ps/q sacramentorum oīum dispensationē habet. Videt igitur x͞ps imponendo onus gregē pascendi Petro pastorale officiū & dignitatē e͞palem eidem pariter tribuisse: qd & .o. Anac. sn͞ia comprobatur dicentis: Ipsi primo pontificatus in ecclesia x͞pi datus: & hoc quoad promissionē dei infallibilē dici potest datus/licet uere post x͞pi resurrectionē ſm .p. Grego. officium pastorale acceperit. Potuit nanq; x͞ps propter potestatis excellentiā sacramēti uirtutē sine forma sacramēti conferre. unde solo uerbo Petrum fecit e͞pm: Chrisost. etiam super illo uerbo Io. ulti. Pasce oues meas preteriens inquit alios apostolos Petro de talibus loquitur. Eximius enim erat apostoloꝝ & uertex collegii. Ecce ꝙ ait praeteriens alios Soli ergo Petro data est pascendi gregis cura & officium pastorale cōmissum; quod non esset si alii apostoli curam huiusmodi atq; officiū immediate a Christo cum Petro simul accepissent. Ideo Clemens in ep͞la sua .2. dicit Petrum nō solū principē apostoloꝝ sed ordinatorē

.n .de.off. deleg. preterea .ff de iurisd.om.iu.l.2.

.o .21.d. In nouo.

.p .I.d.cōsiderādū Glo.i.d.c.i nouo.

Alios enim Apl̄os in ep̄os consecrauit/ut in Canonū decretis .q. legitur. Ipse aūt a nullo unq̄ legitur consecratus: quare. D. Car. s̄cti Sixti & Pet. de palu. in tractatu de p̄tāte eccl. dicit Petrū fuisse factū solū ep̄m a xp̄o añ ascēsionē & post penth. Ioannē primū a Pet. postmodū a pet. & Io. Iacobū Zebedei ep̄os consecratos: a quibus tribus ordinatus est Iacobus .r. Alphei; quibus peractis data est forma ut ep̄i/deinceps nō minus q̄ a tribus ep̄is ordinentur: Licet hoc Paulus necessitate cōpulsus/quę legē nō .s. hēt in Thimothei ordinatione nūquā seruauerit. Præterea si Ep̄atus & alie superiores dignitates oēs ecclesiasticę a Petro exordiū hūerunt: ut .t. Nico. Inn. Gre. aliiq; doctores sacri testantur/& infra manifeste constabit/fieri nō potest ut Petrus ab aliquo mortaliū potuerit in ep̄um ordinari: causatū enim suæ causæ origo esse nō .u. pōt. Restat ergo ut a xp̄o cōsecratus dicatur/quia si nō fuisset consecratus nō potuisset alios ordinare/quia .x. nemo dat qđ nō habet. Quare ex p̄missis constat Petrū solū fuisse a christo ep̄m ordinatū/& totius eccl. pastorē institutū. Arg. 7.

.q. 66. d. c. si. 75. d. qđ die.
.r. 66. d. c. si.
.s. ff. de off. con. l. .1. & ad. l. Rhod. đ iactu. l. cū in eadē naui de cons. d. 5. discipulos
.t. xi. d. c. si. 12. d. c. 2 22. d. c. 1. 24. q. 1. rogamus: &. c. quotiens.
.u. ff. de iure cod. l. qđ p man⁹ & de acq. re. do. l. p hereditarium m.
.x. 1. q. 7. Diabentū
.X. 33. q. 5. nec illđ.

Deus quoq; s̄s. X. Aug. unitatē amās unū hoiem creauit ab initio/uolensq; unā hoium naturam constituere ab uno principio creaturę incipiens multarū creaturarū & disparitū eripuit facultatē. Bonū est p̄terea s̄m pħm. 1. ethi. quod omnia appetunt/unitas aūt p̄cipue ptinet ad rōem boni s̄m Boetiū in li. de consola. Ideo sicut oīa desiderāt bonū ita & unitatē. Vnūquodq;. n. intantū est bonū / inq̄tum est unum. Vnde intentus gubernātis multitudinem ipsiusq; multitudinis gubernate est unitas atq; cōcordia. In ea quippe bonū cōsistit: in qua & oēs christiani esse debent: nec ab ea recedere: ut Beda .y. testatur: quia nil aliud ecclesia militans uel triumphans q̄rit/ q̄ pacē atq; unitatem seu concordiā: qui posuit fines suos pacē .z. & fiat .a. pax in uirtute tua & pax sup .b. israel ait psal. Ar. 8.

.y. 24. q. 1. qcunq;.
.z. psal. 147.
.a. psal. 121.
.b. psal. 124.

Præterea sicut nāle regim̄ ē ab uno mēbro principa

liter in inferiora defluente/ut est uidere ĩ multitudine mẽ
brorum corporis inter quæ unũ est membrũ caput.s. cę-
teris imperãs:& inter animæ potentias una existit mouẽs
cęteras. Ratio inquã prout intellectum cõphen dit & uo
luntatem/& in hac mundi machina unũ est uniuersoꝶ.c. .c.de sũ.tri.c.i.
principiũ: Ita & in multitudine humana dicere opꝫ:unuꝫ
esse rectorẽ a quo inferiora oĩa gubernantur.Porro si uni
tas gubernantis requiritur ad optimũ humanę multitudi
nis regimen/quæ unitur ex ipsius inclinatione naturæ/ re
quiretur & pariter ad illius cõitatis regimen / quæ unitur
diuini muneris gratia:Hæc aũt ecclesiastica est Resp.neq̃
enim gratia cõtrariatur ei/quod ẜm naturã est: sed magis
pficit. Dicendũ est igitur in tanto fideliũ cœtu unũ opor
tere esse rectorem:Regnũ hoc ecclasticũ moderãtẽ sicut
enim p unitatem cõseruãtur regna ut probat beatus tho.
in.4.li.ꝯ gentiles iuxta illud .d. euangelii. Omne regnuꝫ .d. Lucę.xi.c.15.q
diuisuꝫ in seipm desolabit. Ita credendũ est deũ hãc eccle 2.si ea.
sių unitatem per unum gubernari uoluisse.Vnde &.c. Cy .c.24.q.1. loquit.
prianus de Petro loquẽs: Super unũ inquit ædificat eccle
siam.Et q̃uis omnibus apostolis post resurrectionẽ suam
parem ptãtem tribuat & dicat.Sicut misit me uiuẽs pater
ego mitto uos:accipite spũm sanctũ. Tamen ut unitatem
manifestaret/unitatis eiusdẽ originẽ ab uno incipientem
sua auctoritate disposuit:& infra: Sed exordiũ ab unitate
proficiscitur ut ecclesia xpi una esse monstretur/ & infra
Vnuꝫ corpus/ unus spũs/una spes uocationis.&c. Videtur
itaq̃ ex p̃missa autoritate probare unitatem ecclesiasticã
a Petro originem sumpsisse/ut eccla corpus ipsiꝫ: Petrus
uero ipsius caput existeret:quod patet / quia super unum
Petrum ait:Edificabo eccl.meã.Sicut eniꝫ est unũ corpus
ita & unum caput homogeneũ ut sit oportet / alias mon-
strosa res esset.Hoc autem fuit Petrus qui totius ecclę ca
put appellat:ut inferius arg.43.latius appebit. ¶ Arg.9.
¶ In ecclesia quoq̃ dei ordinẽ esse oportet sicut in qua

libet Repub.bene disposita qđ tum pbi/tũ .f. canones sacri legesq; testantur:ordo uero iste pro modo subiectiõis & plationis exprimitur:p̄ platio ꝭm asceusuȝ & descensũ quia inter ęquales nõ est platio. Par .n. in parẽ nõ habet .g. imperiũ:Ascensum aũt superiorẽ necesse est eandẽ ad unũ terminari/ultra quod nõ sit progressus/ne detur processus in infinitum.Ideo aliquẽ summũ platum dare opȝ in quo totius ecclesię ptãs cõsistat:& ideo dicit p Ezech. .c.34.Suscitabo super eos pastorẽ unũ.&.c.37.Pastor unus erit oium uestrũ.Et Iohelis.1.c.Cõgregabũt filii iuda & filii Israel pariter & ponẽt sibi caput unũ.Ad unitatẽ p̄terea ecclesię requiritur/ꝙ fideles oẽs in unam fidem conueniant/quia sine fidei unitate nemo .h. saluatur. Vna quippe fides/unus deus/unũ baptisma ꝭm Apl̃m:sine fide est etiã impossibile placere deo ꝭm .i. eundem . Verũ quia hoies ad .k. dissentiendum plerunq; sunt proni posset euenire p̄ q̃ faciliter ꝙ fideliũ opiniones uarias in s̃nias traherent: sicq; contingeret ecclesiã discerpi/nisi alicuius summi uiri p̄sidentisq; iudicio in unitate conseruarentur.Ad hm̃oi itaq; unitatis conseruationem unum opȝ esse qui toti p̄sit ecclesiæ rectorem atq; pastorẽ. Neq; enim p̄sumenduȝ est deum minus ecclesiæ suæ uoluisse consulere ipsius precioso sanguine redemptæ atq; fundatæ/q̃ Synagoge/quę nostræ fuit umbra ecclesiæ/cui tanto magis consuluisse creditur/quanto magis euangelicũ sacerdotium leuiticum antecellit:Sed in synagoga unus erat summus pontifex/ cęteris prestans/cui omnes obedire tenebãtur/reusq; mortis erat illi nõ parens:ut in Deutrono. plenius .l. continetur.Multo ergo magis dicere debemus i hac ecclesia unũ esse debere regimen/unumq; summũ presidem / imperio cuius omnes parere teneantur . Verum in ecclesia nullus præter põtificẽ inuenitur/ qui supremã in ecclesia habeat ptãtem:ut .m. Inno.iii.suis .in epistolis decretalibus attestatur.Christi quoq; uicarius cũ ptãtis plenitudine a dño

f.59.d.si officia.93 d.legim⁹.21.d.cleros.25.d. plectis đ priuil.antiq.ff.de mun. & hon .l.ut gradatim đ albo. scrib.l.2.

.g.de elect. innotuit.ff.de arb.l.nã & mgr̃atus & ad trebel.l.ille.§.tempestiuum.

.h.c.1.§.una de sũ. tri.24 q.1.c.loqt & .c.qm̃ : &.c. qa ex sola.

.i.ad Hebr.xi.c.

.k.de cõcess. p̄b.qa diuersitateȝ.ff. ad Treb.l. qa poterat đ consf.d.4. sicut i sacramentis.

.l.c.17.c.p uenerabilẽ.§.roibus qui .fil.sint.leg .

.m .de Regula .c. licet.

ẽ cõstitutus:ut idẽ .n. Inn.asserit. App3 igr̃ illũ Cõcilio su piorẽ eccl.ipsam rep̃sentãte. ¶ Et ex p̃missis & ex dicẽdis in ar.31.infert cõclu.ꝙ ptãs papę imediate est a deo. ¶ Itẽ ꝙ est uerũ & unicum caput in terris totius Reip. xp̃ianæ. ¶ tem ꝙ regimen eccl.est monarchicũ. ¶ Argu.10.

.n. dicto.c.p uene rabilẽ .§.rõnibus. Conclu. Conclu. Conclu.

¶ Considerandũ est ẽt secundum Chrisost.ꝙ l3 cristus eandem quam petro ptãtem Ap̃lis cęteris dedisse uideat̃ .o. Dicendo quęcunq; ligaueritis sup terrã erunt ligata & in celis. Ex quo tamẽ singulariter prius petro dictũ fuerat .p. Quodcũq; ligaueris &c.p hunc ordinẽ demõstrat̃ primo fuisse datũ primatum petro ad aliosq; p eum descẽdere/ideo illi & nõ aliis dicit̃ quodcũq; ligaueris. Aliis uero sine eo non est dictũ quæcunq; ligaueritis/ut intelligat̃ sic ei potestas hmõi attributa/ut alii sine ipso nõ possint. Ipse autẽ sine aliis possit ex priuilegio sibi collato/& concessa plenissime ptãtis ut totius ecclesię capiti/ dum Saluator .q. Cepham illum uoluit nuncupari.

.o .Math .c.18. .p. Math.16. c. .q .22.d.c.2.28.q.1. Iam nunc.

¶ Confirmatur insuper hoc cum dominus petro mandauit ut solueret tributũ pro ipso/ & pro se ut ex.r.Math. euangelio clare app3 ꝙ signũ primatus manifestũ fuisse/ uidet̃ parem illum sibi & cõsortem in tributi solutiõe faciẽdo.uñ Augustinus in li.de questio.no.& ue.testa.quest. .79.Saluator nr̃ ait cum pro se & Petro soluere iubet didragma pro oĩbus soluisse uidet̃; qa sicut i saluatore erãt oẽs causę magisterii/ita etiã post saluatorem in petro oẽs cõtinent̃/ipsum .n.constituit esse caput eorum ut pastor esset gregis dñici Et ꝑpterea Glo.super illud Math..19.c. Quis putas maior est in regno celoꝝ:cui & Chrisost.assẽtitur: discipulos ait ideo hanc interogationẽ fecisse uidẽtes dñm in tributi solutione parem sibi fecisse:uoluisse & illum Apostolis aliis anteferri. ¶ Argumenrum.11.

.r.c 17.xi.q.r.Magnũ.28.q.1.iã nũc.

¶ Offert præterea se nobis Euangelistę Lucę .s. textus dum inquit. Facta est contentio inter eos/ quis eorum uideretur maior: quod ex eo putat Gregorius euenisse/

.s .22.c.

quia cũ dñs ab hoibus transmigraret/oportebat aliquem fieri pricipẽ alioꝝ/qui dñi uicem gereret. Et ſm Chriſo. Dñs in rñſione ſatis innuit unũ fore inter illos maiorem & principem ordinãdũ/dum inquit. Qui maior eſt in uobis fiat ſicut minor: & qui ꝓceſſor eſt ſicuti miniſtrator.

t.xx.d.c.i. Lu.xx.c. Quis autem futurus eſſet apparuit poſtea cum .t. dixit ad Petrũ: Symon ecce ſathanas expetiuit te ut cribraret ſicut triticũ: ego uero oraui pro te/ut nõ deficeret fides tua. Ex quibus patet dñm uoluiſſe il is Petrũ ꝓceſſorem/rectorem/ac principem conſtituere cũ pro illius fide tm̃ orauerit/non pro fide eccle. Propter qđ ẽt Leo in ſer. de beato Petro. Specialis ait cura a dño Petri ſuſcipitur: & pro fide petri proprius ſupplicatur/tanq̃ alioꝝ ſtatus certior ſit futurus/ſi mens principis in petro ficta non fuerit: In Petro ergo oium fortitudo munit/& diuinę gratiæ ita ordinat auxiliũ/& firmitas quæ p xp̃m Petro tribuitur p petrum apl̃is cõparatur. &c. Petri etiam excellentia oſtenditur/dũ petro ſoli apparuiſſe dicitur Lucę.c.ulti. Et dñs ꝓ cęteris illum in die reſurrectionis nominauit dicens. Dicite diſcipulis eius & petro Marci.c.ulti. Apparet etiã ex pluribus Euangelii locis petri ꝓlatio: Sępe.n. xp̃s aliis p̄n̄tibus ad petrũ im̃modo loquebat/ut patet pſpicue Mat. c.18. & Io. ulti. & petrus corã aliis apoſtolis pro oĩbus reſpõdebat. ut Math.16.c.Io.6.Lucæ.12.plenius continetur. Pro oĩbus ẽt prior loquebat Math.19. Sæpe etiam poſt mortem xp̃i in Concilio apl̃oꝝ præ aliis uerba fecit: ut patet librũ Actu. apoſtoloꝝ.1.2.3.4.8.15.c. perlegenti: primus etiam miracula fecit/primus ẽt baptizauit: & in unã petri nauẽ xp̃s aſcẽdit Luc.5.c.id teſtante. Hæc aũt nauis ſm Bedã unã eccl. ſignificat. Et ut ait Leo in ſer. ſuę ordinationis.iii. De toto mundo unus petrus eligit/qui & uniuerſaꝝ gentiũ uocationi/& omnibus apoſtolis cunctiſq; eccleſiæ patribus ꝓponatur: ut q̃uis i populo dei multi ſint ſacerdotes multiq; paſtores/o ẽs tamẽ ꝓprie regit petrus: quos principali

ter regit & xp̄s. Magnū & memorabile dilectissimi huic uiro consortiū potentiæ suæ tribuit diuina dignatio ut si quid cōe cū cęteris uoluit esse principibus: nunq̄ nisi per ip̄m dedit/quicquid aliis non negauit. Hæc ille. Quę uerba hanc partem uidentur manifeste terminare: quā etiam confirmare uidetur beatus Thomas in. 4. li. u. senten. Et dictū est aliquid in. 2. ar. supra ubi concludit/ꝙ lȝ aliis apostolis dederit xp̄s facultatē ligandi & soluendi / dicendo Accipite sp̄m sanctum/tamen cū prius petrū super oēs pastorem ordinare statuisset: dum Luc. c. 22. eidem dr̄. Et tu aliqñ conuersus cōfirma fratres tuos/ salua petri p̄rogatiua: concessionem aliis fecisse uidetur. Quemadmoduȝ si papa uel Impator post concessionem primo uni factam alteri bn̄ficium aliqđ conferret intelligeref̄ illud sine prioris p̄iudicio tribuisse/ut leges. x. canonesq; testantur. qđ fortius in deo est dicendū/qui est summa iustitia/ ut scda concessio apostolis facta sine petri p̄iudicio facta intelligatur. Quare uerba illa accipite sp̄m sanctum quoꝝ remiseritis peccata ita sunt intelligenda/ut petro prius tāq̄ capiti ptās hmōi sit tribua/ab eodem postmodū aliis ap̄lis pro libito. y. impartienda: nullum quippe gregeȝ iis assignauit/in quem iurisditio exerceref̄ uicario suo tm̄ illum cōmittens: cui plena est cum in foro conscientiæ/ tum in foro iudiciali ptās cōmissa. Ideo Aug. in li. questionū no. & ue. test. supra proximo arg. adducto dixit/ꝙ sicut ī xp̄o erant omnes causæ magisterii/ita post saluatorē oēs ī petro continentur: Ipsuȝ enim cōstituit caput/ut pastor eēt gregis dominici: hoc idē & Anacle. papa cōfirmat inquiens. z. In nouo testamēto post xp̄m a petro sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi petro primo in ecclesia xp̄i pontificatus est datus: dn̄o dicēte. Tu es petrus. &c. Cui. a. Nico. & Inno. adstipulantur dicentes/omnes ecclesiasticas dignitates a petro initiū habuisse/ut dicā infra argu. 30. Et lȝ Anacl. dicat ꝙ fuit datus pontificatus petro a xp̄o adhuc

.u. d. 19 q 1. principali art. 3. in rn̄sio. ad. 1. ar. 1. q & d. 24 q. ul. p̄ncipali art. 2. in rn̄s. ad. 3. q.

.x. 63. d. q̄to. 9. q. 3. Nūc uero cū glo. de cōsuet. c. cū olī de decim. c. suggestū. C. de emanci. libe. l. nec auus. ff. de uulg. & pup. l. ex facto. §. itē qto & neqd ī loco pu. l. 1. §. si qs. a p̄ncipe. y. 19. d. ita dn̄s & đ ele. c. fundamta. li. 6. btūs Tho. ī 4 sen. d. 18. ar. 2. in rn̄sione ad. 1. q. .z. 21. d. In nouo a. 22. d. c. 2. xi. d. c. si

.B.l.d.cōsiderādū glo.i.d.c.in nouo

in humanis agente/intelligendū est sane §3.B. Gre.dandi promissionē xp̄i potius fuisse q̄ dationē.Hāc quippe post resurrectione; cōpleuit dicendo:Pasce oues meas.Dedisse tñ dici pōt propter infallibilē ꝓmissionem. Non.n.est deus homo ut mentiatur/neq; filius hoīs ut mutetur. Dixit ergo & nō faciet ? locutus est &nō implebit? ut ait .b ꝓpheta . Et .c. alibi quę procedunt de labiis meis non faciam irrita.Et .d. rursus Iurauit dñs & nō penitebit eum. Et Malach.3.c.Ego deus & non mutor Et Aplus ad Ro. .3.c.Deus uerax est ?omnis aūt homo mendax. ¶ Ex ꝓxime dictis infertur una cōclusio/ꝙ ptās claniū est principaliter data Petro/ab eo postmodū in alios ꝓ libito impartienda.Et ad ꝑmissa uide dicta īfra.31.arg.32.&.33. ¶ Ar.1:.

.b .Numeri .23.c.
.c .psal.88.
.d .psal.109.
Cōclusio.

¶ Corroborant̄ ꝑmissa ratione manifestissima. Si eni; dicerentur Apl̄i immediate a xp̄o ęqualē cū petro ptāte; accepisse/irritarentur uerba xp̄i dicentis.Pasce oues meas quippe si illi simul habebant cū petro oues pascere debuerat dicere;pasce oues meas una cū pastoribus aliis quos adiungam/uel nunc adiungo.Ite; si alios particulares ordinaturus erat ꝑ orbem pastores/cur nō discipulis suis ait Et uos pascite oues meas una cū Petro ? sicut pater familias oībus operariis/quos imediate cōduxit.Ite & uos inquit in uineam .e. meā.Præterea si daturus erat eis claues immediate ut petro: Cur nō eis dixit/ dabo uobis claues sicut petro .Hoc utiq; dicere ꝑoterat per q̄ faciliter/dum dixit q̄cunq; liganeritis &c.De aliis eteni;/quę Apostolis ceteris dedit sicut petro/ Intellectū.s.scripturaꝝ ꝑdicandi grām.dicendi facundiā/fidei cōstantiā:Dixit illis coiter/ Dabo uobis os & sapientiā: cui non poterunt aduersarii uestri respōdere. De ptāte quoq; miraculoꝝ/ Dedi uobis .f.ait uirtutē & ptātem:.quare nullibi legitur claues exterioris iurisditionis Apl̄is concessisse/neq; curam animaꝝ sicut petro:Et l; episcopi in locū Apl̄oꝝ.g.succedant/nō sequit̄ ꝙ habeant curā & iurisditione; a xp̄o immediate

.e .Math .20.c.
.f .luce .x.c.
.g .21.d. In nouo .68.d.c.fi.

sicut papa!. Ridiculū est igitur contrariū affirmare ac etiam temerariū: Si.n.hoc uoluisset xp̄s id utiq; dixisset ut. h .iurisconsulti uerbis utar/ a quo nec Stephanus papa dissentit inqens ꝙ sanctoꝝ patru documento sancitū non est supstitiosa adinuētione nō est p̄sumendum. ¶ Argu.xiii.

¶ Adduci potest ad p̄missoꝝ confirmationē/quia ſm ciuiles .k. leges Collegia supiores ap.pbationē requnt: cum uero in uno collegio est mixtura clericoꝝ & laicoꝝ constat illud a maiori parte .l. denōiari: ut si plures sunt clerici clericoꝝ. Si uero numerus prophanoꝝ sit maior ,pphanorum collegium appelletur: et lʒ collegia ex imperiali lege iurisditionē .m. habeant iurisditionē tamē cōtra supiorem illa approbantē habere nō possunt neq; cōtra p̄sonas dignitate collegium .n. excedentes. Dato ergo ꝙ ecclesia uniuersalis capiat ut collegiū nō potest dici approbatū / nisi a supiore compbetur. Is aūt est xp̄s seu papa eius uicarius: qui ut infra latius in .43. argu. probabo: totius ecclesię uniuersalis caput & fundamentum existit. Porro cum in hac cōi fidelium cōgregatiōe pars maior sit laicoꝝ/ in ea & feminę interueniāt: qppe quę & ipse ecclesię huius sunt mēbra. ubi maior pars ultra duplum minorē excedit: qa plusq̄ duę partes collegii a minori parte seorsū existūt/& si minor ps sit dignior stante tanta disparitate: nō attendit de iure maioritas dignitatis sʒ .n. numeri. unde cū maior pars ecclesię sint laici: lʒ Conciliū constet ex p̄latis ecclesię etiā dignioribus: non tamē p̄ualebit maiori numero fideliū sine comparatione p̄latoꝝ & sacerdotū numerū excedētium. Dicetur igit potius uniuersitas secularis q̄ ecclesiastica: Q.d si ita est quomodo potest dici claues traditas uniuersali ecclesię: cuius maxima pars sunt laici: p̄lati uero & clerici portio perexigua. Necesse est fateri laicis claues esse concessas: & iudicandi summi pont. facultatē. Hoc aūt dicere ridiculū est/& ab omni ueritate penitus alienū. Si enim sacri canones illis oēm iudicandi clericos potestatem .o. ademerunt graues pœnas cōtra-

.h.ff de acqr.her. l.si seruū.§.nō dixit.C.de Cad.tol. l.una.§.sin aūt ad deficientes.
i.2.q.1.cōsuluisti đ trāsl.p̄l.c.iter cor.
k.ff.quod cuiusq; uni. no .l.1. & ibi Bal.in.1.col.ff. de colleg.illi.l.1. &.3
l. Bar.in.l.fi.ff. de colla ill.Bal.i aut. hita.C. ne fil. pro pa.Ab.&Cano.in c.ex lr̄is de cōstit.
m. C.de iurisd.o. iu.l.fi.Inn.in.c.cū ab ecc̄laꝝ đ off or.
n. c.1.in fi.hic finitur lex Cor.c.1.§. cōuenticula. &.§. ad hęc de pace iur fir.in usi feu.
n.đ elec.c.si qñ li.
o. 96.d.c.bñ.đ re. ec nō al.c.cū laic. đ cōstit.c.eccl̄a.

.p.ff.ꝙ cuiſq; uni. no.l.ſicut &.l.nulli no.pbar.in.l.ſi. i.4.coſ.ꝺ colleg. ill.&.in.l. aut ſctã §.nõnũq.ff. ꝺ pen in.2.coſ.Inn.&.d. Ab .in.c. dilectus .2.de Simon. .q.dcã.l.ſicut &.l. nulli .ff.de .pac.l. Item Mgri .C. de iu.cal.l.2. .r.ꝺ.elect.c.ĩ gene ſi de exceſ.pl.c.dilecta. .s.ꝺ poſt.pl.c.gratũ ꝺ elec.c.auditis &.c.cum nobis. .t.ꝺ fideiuſſ.l.mortuo.c.Romana.§. uniuerſitatẽ &.c. ſi ſuia.§.1.de ſent. exco .in.6. u.ne cler.uel.mo. c.1.§.fuerat inſt.ꝺ Act .l.una.§.accedit.C. de rei ux. act. .x.79.d.c.optebat y.19.d.ĩ memoriã 21.d.deniq; ꝺ ſum tr.c.2. ĩ fi.5.q.6.du du;.2.q.7. Petrus. &.q.6.ſi qs eps & .c.ad.Ro.&.c.oẽs & ſeq.12.d.c.1.&.2 24.q.1.A recta.11.q .1.Relatũ de priui leg.Antiqua.

facientibus imponentes/quanto grauiores mereantur ſummum pont.xpi uicarium & ſanctũ dei uiolare pſumentes. Porro ſi uelis Concilium ſumere tantũ pro capitibus eccleſię congregatis tunc dico non eſſe uniuerſalem eccleſiã/ quæ etiam in minimis quibuſcunq; conſiſtit: iuxta illud Sapientiæ.6.c.Puſillũ & magnum ipſe deus fecit / & ęqualiter eſt ſibi cura de omnibus/ & de iure . p. pueri de uniuerſitatis ſunt corpore. Vel dicendum eſt/ ꝙ digniora capita omnes qui de uniuerſitate ſunt referant.Hi aũt ſunt prophani oẽs pueri etiã & mulieres/ ſicut euenit in qualibet uniuerſitate ubi rectores & magiſtri omnes de uniuerſitate.q.repſentãt ergo illoꝝ noie cum & ipſi uniuerſitatis ſint mẽbra:ut predixi in Papam iuriſditionẽ hẽbũt ꝙ eſt ridiculũ. ¶ Arg.14

¶ Pręterea aut uolumus dicere concilium ſupremam poteſtatem habere antequã ſit congregatum :Et hoc eſt manifeſte falſiſſimum /quia non eſt uniuarſitas niſi .r. congregata :uel cum congregatur/ tunc multominus procedit/quia ſequeretur quod adueniente termino aſſignato pro cõcilio ſi duo aut tres tantum laici congregarentur: Ex quo de iure cõmuni collegii iura in eis alii snõ ueniẽtibus .s. reſidẽt penes eos foret ſuprema poteſtas iudicãdi pontificem/ qd eſt contra proxime dicta/et dicam infra in argu.19. Aut uolumus concilium quando eſt congregatũ habere ſupremã poteſtatem :& tunc cum uniuerſitas nõ ſit niſi corpus .t.fictum non habens animã/ impoſſibile eſt illam clauiu; eſſe capacem. A ſufficienti itaq; partium enumeratione argmẽtum ſumendo tanquam ualidiſſimum & de iure .u. firmiſſimum conſtat conciliu; huiuſmodi ſupremę poteſtatis incapax prorſus. ¶ Argumentum.15.

.x. ¶ Concilium prætere ſub papa Stephano /Romæ celebratum .Ro.eccleſiã Dñam noſtram uocare non erubeſcit. Nec imerito cum mr/& magiſtra & caput omniũ eccleſiarum a .y. ſummis Pontificibus ſępenumero nuncupet/ ſi dña Magiſtra & caput : ergo Pontifex qui illi pest erit

dñs/ Magister & caput/ quia in memoriã Beati Petri /Honoremus sanctã Ro. ecclesiã ait Calo .z. Imper. Et xp̃s in persona petri illam .a. fundauit/ut canones sacri testantur. quibus Hier. super illo loco Math. super hanc petrã &c. manifeste astipulatur inqens. Super te Petrum ecclesiam meã edificabo. Idem ergo ius erit in .b. successore Petri quod in Petro. Præterea si est caput omniũ ecclesiarũ ergo ipsius ecclesię uniuersalis quę lȝ una sit / tamen in plura membra diffusa ſm beatum .c. Cyprianum/ Et sic ex omnibus particularibus ecclesiis/ Ecclesię unitas cõstare dinoscit. Item concilium uniuersalem eccl'aȝ representat ut supradictũ est. sed conciliũ appellat. Ro. eccl'iaȝ dñam ergo uniuersali ẽt ecclesię dñabitur. Idem. n. iuris esse debet in representante &c. d. representato & eõ. Illam quoq; ut in prohemio sexti libri ꝓhibetur diuine prouidentię altitudo uniuersis ꝑtulit ecclesiis /et totius orbis precipuũ uoluit obtinere magistratum/ergo pretulit ecclesię uniuersali quæ ut predixi ex oĩbus eccl. constat/ si demũ totius orbis obtinet mgr̃atum fortius ipsius ecclæ uniuersalis quã certũ ẽ infra orbẽ cõsistere/& sic si cõtinẽtis est dña & mgr̃a multo magis & .D. cõtinenti. Pręterea si dña est & mgr̃a insup ac mater: ergo supra Conciliũ; qa teste .e. Salua. Nõ est seruus supra dñȝ/ neq; discipulus supra mgr̃m .f. Diuini qppe & humani iuris est ut seruus dominicę subsit .g. ptãti & discipulus magistri auscultet imperio. ¶ Argumentum. 16.

¶ Pont. quoq; ipsum diuersis pluribusq; in locis sacri canones dei & Iesu xp̃i .h. uicariuȝ successorem Petri uocãt/ geritq; uices illius ꝓpheitę de quo dr̃ Deutr. 18. c. Prophetã suscitabo de fr̃ibus u r̃is/qcũq; nõ audierit ꝓphetã illũ ego ultor existã pœnã .s. ętemã & tp̃alem sibi infligendo. Glo: dicit ex quo uerbo hẽtur ꝙ impingẽtes in sũmũ pont. & ei resistẽtes grãdi pœna puniẽdi sunt. Ecclę quoq; sanctę pastorem beatus .i. Gre. appellat qđ de uniuersali intelligit: q̃ sctã & sine ruga & macula a sacris canonibus .k. appellat/

M 2

.a. 22. d. c. 1. & . 23. q 6. dudũ .c. fundamẽta i prin. đ. elc. in. 6. 19. d. ita.
.b .19. d. sic oẽs. c. ad aplicæ .§. nos igr̃ đ re iud. i. 6. đ homic. c. r. eo. li. đ transl. prel. c. q̃to.
.c .24. q. 1. loqr̃ .7. q. 1. Nouatianus. 21. d. quis.
.d .ff. d. off. ei⁹. cui mand. ẽ uir. l. & si pretor.
.D .ff. de contrah. ẽpt'. l. clauibus .ff. de acqre. poss. l q uniuersas in prin. & ibi not. moder. & moder. in. l. iii. i ꝑn. e. ti. & bal. i đ. de his. C. de furt.
.e. Math. 8 c. 6. q. 1. Sacerdotes .xi. d. nolite.
.f 1. pet. 2. c. xr. q 3. si dñs. 23. q. 5. si hẽs
g. Insti. đ iu pers. .in. princ. & .§. 1. & đ his q sũt sui uł. al. iu .§. dñorum .ff. eo. per totũ.
.h. c. p. uener. §. rõnib⁹ q fil. sint leg.
.c. fũdamẽta. §. decet đ elect. in. 6. & .c. ubi. § ceterũ eo .ti. cle. 1. in princ. đ iu. iur. c. qnto c' lȝ. & .c. iter. đ trãsl pl. c. uno. ut eccl. ben.
.1. 8. q. 1. In scriptu.
.k .24. q. 1. loqr̃. c. oĩbus .c. Arecta & .c. pudenda.

Porro xp̄s summus sacerdos fuit s̄m ordinē Melchisedech teste psal.m. Ep̄s ēt a diuo .n. Petro in suis ep̄lis noīatur & pastor dicente. Nunc conuersi estis ad pastorē & ep̄m aiarꝫ uestrarꝫ: Si pont. uicarius xp̄i est/ut iura uolunt & nemo sanę mentis inficiatur: ergo idem tribunal hēt cum illo/quia uicarii & ep̄i idē est consistoriū/ idemq̄ .o. tribunal. Super oēs igitur fideles ptātem habebit ut xp̄i uicarius /sicut uicarius ep̄i habet eandem super subditos ep̄i quā habet ep̄s potestatem/si super oēs fideles papa ptātem habebit igitur & super uniuersalem ecclesiam quæ nil aliud est q̄ fideliū oiuꝫ congregatio: ut in p̄ludiis supradixi. Item si locū xp̄i tenet pont. super oēs quo ad iurisditionē honorari debet: quia iura .O. dicunt locū tenentem/sicut eum cuius uice fungitur honorandū: uñ a papa nō poterit ad xp̄m appellari quia papæ & xp̄i idem est tribunal: & iura uetant tum ciuilia / tum canonica ad idē tribunal .p. appellari. Appellatio nanq̄ de minori ad maius consistoriū fieri .q. debet. Si ecclæ pastor utiq̄ illam pascet/eādemq̄ ipse arguet pariter uel absoluet/ non econtra. Indignum sanctoꝝq̄ decretis .r. contrarium quippe foret/si minor maiorem/& oues pastorem suum repræhenderent. Quin immo sententia papæ præualet sententiæ omniū fideliū incontrariū iudicantiū: diuo .s. Hieronymo ad Damasum scribente: & Inn. pontifice/aliisq̄ compluribus magnæ auctoritatis doctoribus: ac ipso beato Petro ad pp̄lm uerba faciente/huic sententiæ adstipulantibus: causa heresis tm̄ excepta. Innocentius uero tertius pont. ptātem non ex homine sed ex deo .t. asserit dependere. Qui ergo fieri pōt/ut terrenoꝝ hoīum iudicio .u. subiiciatur? cum nihil aliud Concilium re ipsa sit q̄ fidelium congregatio ecclesiam repræsentans/luce clarius constat cuiuscunq̄ conditionis ac fortunæ mares ac fœminas in ecclesia īteruenire. Fac p̄terea casum contingere nō impossibilem penitus/oēs xp̄icolas apostatare uel in heresim labere / uno uel duobus prophanis masculis seu fœminis/una cū ipso pont. tm̄ exce

m. psal.109. q fil. sint leg. p uenera. §. rōibus.
n. prima pet.2.c.
o. c.2.đ cōsuet.in .6. c. Romana in pri.đ appel. eo.li. O. 93.d.c.si.
p. de appel.in.6.c. Romana in prin. &.d.c.2.de cōsue.
q.2.q.6.añrioꝝ.ff de appel.l.1.§.siqs
r. de ma.& ob.Solite.21.d. inferior. 6.q.1.Btūs.c.oues &.c.sacerdotes .2. q.7. Oues.
s. 24. q.1. hec ē fides.35.q 9 c.ueniā cū glo.17.q.4.§.q āt.93.d. si inimic⁹ glo.4.d. i istis.24 q.1.qđcūq̄.16.d.si cut in fi. Io. an.de elect. Significasti.
t. de iudi. c. nouit de transl.p̄l.c. īter &.c.q̄.o de maio. & obe.Solite.21.d quis: &.c. ī nouo
u. 96.d.cū ad ueꝝ &.c.duo.&.c.bñ

ptis.quo casu certum est in illis tantū fidem xp̄i remanere/ uniuersamq; ecclesiam in eisdem consistere: queadmodum iura collegii seu uniuersitatis in uno aliis negligentibus .x. remanent. Sicut in sola Virgine fides pmansisse immobilis dominicæ passionis tempore .y. perhibetur. Nun dices illos tunc supra pontificē? Istud quidem asserere absurdissimum foret ¶ Et ex supradictis in hoc argumēto duæ cōclusiones inferunt. ¶ Vna q̄ a sententia papæ ad xp̄m non poterit appellari: quia esset de eodem ad idem tribunal appellare. ¶ Altera q̄ sententia papæ præualet sentētię uniuersalis ecclesię/causa heresis excepta. ¶ Argu.17.

x. de post.p̄l.Gratū.l.sicut.§.1.ff.qd cuiusq; uni.no.
y. Abb.in.c.significasti de elect.
Conclusio
Conclusio

¶ Christus insuper Ro.fundauit ecclesiā/a quo nō ab apostolis primatum obtinuit: cuius caput Petrum constituit: ut Nicolaus/Anacletus/& Pelagius summi pont .z. asseruere. Et Ro.ecclesia dicitur prima/ab eaq; aliæ ecclesiæ in partem sollicitudinis sunt uocatæ: ipsa autem in plenitudinem potestatis/ut sacri Canones .a. attestanf. Petrus quoq; fuit primus & principiū aliaꝝ orbis ecclesiarum: teste Innocentio primo atq; Gregorio: ut dixi in.xi.arg.& infra in.30. latius demonstrabo. Et .b. Cyprianus ait: super unū Petrum/xp̄m ecclesiam ędificasse: de uniuersali loquens. ergo uniuersalis ecclesię est fundamentum/ut dicam latius infra in argu.43. Igitur ab illo iudicari non potest tanq̄ minore. Pontifici præterea f m .c. Grego. cunctaꝝ ecclesiaꝝ a xp̄o est cura iniuncta; particulares autem omnes unam ecclesiam uniuersalem constituunt: ut diuus .d. Cyprianus tradidit: ergo uniuersalis ecclesię curam habet/& illius dicitur esse pontifex: Ad eundem etiam omnium Episcopoꝝ iudicia .e. referuntur. Quis preterea nescit illum apl̄atus principatū cuilibet ecclesię pręferendū? ut .f. Anicetus Papa/& diuus Aug. ait in li. de unico baptismo ergo est supra Conciliū. ¶ Ar 18.

z. 17.q.4. nemini 21.d.in nouo &.c. quis.22.d.c.1. &.2.
oibus claues regni celorum se daturum promisit. Leo etiam .x. huius inquit muneris sacramentum ad omnium apostolorum officium pertinere uoluit/ut in beatissimo petro omnium Apostolorum summo principaliter collocaret / ut ab ipso quasi a quodam capite sua dona in corpus omne diffunderet. Si ergo petrus fuit princeps & caput apostolorum/fuit utique princeps & caput totius multitudinis fidelium/qui tunc ab apostolis regebantur quibusque illi tunc presidebant/ut est uidere in rege plures in suo regno gubernatores constituente/cui tam gubernatores/quam omnes qui ab iis reguntur regis imperio subditos esse quis dubitet? Igitur episcopi qui apostolorum successores sunt/illorumque iurisditioni subditi fideles omnes pontifici diui petri successori subduntur. Porro cum uniuersalis ecclesia nihil sit aliud in proprio significatu accepta quam omnium fidelium collectio/patet manifeste pontificem uniuersali ecclesię preesse. Præterea si (ut prędixi) petrus uel papa illius successor est fundamentum & caput & pastor totius ecclesiæ/ergo & uniuersalis ecclesiæ quæ idem est quod tota ecclesia Totum enim & uniuersum effectu non differunt. Constitutio etiam in Concilio Lugdunen. .s. a Greg.x. edita Papam Iesu xpi uicarium petri successorem uniuersalis ecclesię rectorem dominici gregis pastorem appellat: qua auctoritate quid potest esse manifestius ad ueritatis huiusmodi probationem. Vniuersalis quoque ecclesia si in petro dicitur esse fundata/ut iura super adducta probant: ergo cum habeat robur a petro impossibile est illam petro uel successori preesse: & per consequens multo minus Concilium ecclesiam representans. Velle autem exponere uniuersalis ecclesię pro uniuersarum ecclesiarum & totius eccl. pro omnium eccl. ut quidam conantur singularem numerum in pluralem resoluentes deliramentum quoddam uidetur/& contra omnes rhetoricæ regulas contraque omnem recte scribendi normam atque doctrinam. leges uero Canonesque omnes salua semper ratione recti sermonis debent .t. interpretari/ atque ea facienda est interpretatio quam a .V. peritis merito reprehendi non possit/& secundum communem hominum intelligentiam.

.x. 19. d. Ita dñs .21. d. c. 1. de elec. c. fundamenta .li. 6.

.s. c. ubi §. Ceterum de elec. in. 6.

.t. ff. de. Auro. & arg. leg. l. plautius .V. ff. d leg. prestam. .l. saluius & d sup pelle. leg. l. labeo & d leg. 3. l libero rum. §. quod tamen cassius.

Preterea neq; illos etiā responsio hec ullo modo pōt defen dere quia cū (ut p̄dixi) una sit eccl'ia in multa mēbra diuisa utiq; ecclesiæ particulares omnes ecclesię uniuersalis unita tem constituunt/sicut plura membra unum corpus efficiūt ut egregie & subtiliter id .u. Cypri. declarat latius p exēpla cōplura/cui & .x. Gela. assentitur uniuersas orbis ecclesias unum xp̄i thalamū esse affirmans. Item si papa est rector & dn̄s oium ecclesiaꝝ particulariū/collectio illaꝝ unū in locum in nullo ipsius habet auctoritatem minuere/ ut uidere licet in rege/qui lꝫ particularibus regni urbibus oibus dn̄etur totius regni dn̄s nihilominus appellatur. Pastor etiam gregis singulariū ouiuꝫ simul/& totius gregis simul pastor uocabitur. Vnde lꝫ ecclesię omnes totius orbis in unū congregentur/si papa singulibus oibus dn̄atur hmōi adunatio illius ptātem alterare non debet. Intelligo aūt dum de adunatiōe eccl'aꝝ loqmur nō de ipsis eccl. corporibus: qđ fatuum esset dicere sed de eccl'aꝝ rectoribus ac p̄latis. Ar. 44

.u. 24.q.1. loquit'
.7.q.1. Nouatian⁹.
.x. 21.d. quāuis.

¶ Preterea Chrisost. super illud .y. Io. ult. Pasce oues meas eximius ait Ap'loꝝ erat Petrus & os discipuloꝝ & uertex collegii/uñ & negatione deleta cōmittit ei prelationem fratrū. Caput autem auctoritatē non habet a mēbris/sed ab eo qui format totum corpus. prōbatur hoc insuper ex tex. math. 18. c. Vbi discipuli dn̄m interrogantes dixerūt: Quis putas maior est in regno celoꝝ: Quod ideo querūt ut Glo. inqt Hiero. quia discipuli uidentes in tributi redditionem ꝙ petrus fuerit dn̄o cōparatus ex equalitate pretii arbitrati sunt ex oibus apostolis petrum esse prelatum. Chrisost. ēt ut deducit Thom. in Glo. cōtinua super Math. sic ait/ Vbi passi sunt aliquid humanis: Quod euangelista designat dicens Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno celoꝝ: uerecundati siquidē passionem quam passuri sunt non dicunt manifeste/ Tu petrum p̄honorasti nobis/sed in determinate interrogant/Quis maior est: Quando autem tres p̄honoratos uiderūt petrū/Ioannē

.y. 8.q.1. i scriptu ris & de elect. c. significasti.

& Iacobum in transfiguratione nihil tale passi sunt: sed q̄ñ in unum contulit honorē tunc doluerunt. Ex quibus apparet primatū Petro super cęteros apostolos fuisse collatū: & sic sup totā ecclam quā apsi tunc referebant: Multo igitur magis supra Conciliū illā repñsentans. Argu.45.

.z. ¶ Victor pterea summus pont. Ro. ecclam universalis apostolicę ecclesię sedē appellat. Et .a. Sixtus assentitur inquiens. Si quis putauerit se a pprio metropolitano grauari apud primates dioceseos/aut penes universalis apostolicæ ecclesiæ papā iudicetur .b. Nicol. etiam papa inquit. Decernimus atq̧ statuimus ut obeunte huius Ro. ecclesiæ universalis pont. .c. Inno. etiam .3. ait. Nos qui sumus ad regimen universalis ecclesiæ superna dispositiōe uocati .d. Bonif. etiam. 8. de pont. renuntiatione loquens. Maxime inquit cū se insufficientem agnoscit ad regendam universalem ecclesiā. Patet ergo universali ecclesiæ ex pmissis auctoritatibus euidenter papam pesse. Argu.46.

¶ Confirmatur etiā hæc opinio ex constitutione .e. Clementis. Ait enim. Nos igitur in sancta dei eccl. cui dispo nente dño psidemus/quæ quidē unica est. Ecce manifeste apparet papā universali ecclesiæ psidere. Cū (ut ex superioribus apparet) illa dicatur .f. unica sponsa sine ruga & macula. &c. Nec pōt hic accipi pro universis ecclesiis/cū unica tm̄ esse dicatur: ergo necesse est hoc de universali eccl. intelligere/illi igitur subesse non potest. Argu.47.

¶ Causatum quoq̧ ſm Phum/a quo nec .g. leges discrepant/non debet esse maius uel potentius sua cā: sed a Petro oēs dignitates ecclesiasticę cuiuscunq̧ gradus causam atq̧ originem habuere/ut sacri Cano. attestantur: ut supra latius probatū in .xi. & .xxx. arg. pro hac parte adducto. Fieri ergo non potest ut his seu eas tenentibus possit supra Petrum in uel eius successores uice ipsius Petri fungentes iurisdictio uel potestas ulla cōpetere: q̧ si illis contra papam nō datur iurisditio: multomagis denegabitur prophanis oibus/

.z. 2.q.6. si qs putauerit.
.a. 2.q.6. si quis putauerit.
.b. 23.d. in nomine domini.
.c. d iudi. c. nouit d. c. 1. de renū. li.6
.e. Clem. i. §. nos igitur, de senten. excō.
.f. 24.q.1. loqtur.
.g. ff. d iure codicil. l. qd p manus & de acqui. re. do. l. per hereditariā.

cum illis oi. in clericos exercendi poteftas a iure tñ ciuili/ tū canonico interdicatur:uerú uniuerfalis ecclefia nihil eft al d (ut fępe dixi) q̃ xpianoꝝ collectio;Xpianoꝝ uero oi-

11.q.1. duo. um fm diuũ Hiero.H.Duo funt gña/clericoꝝ unū/laicoꝝ alterū:impoffibile eft igitur uniuerfali eccl. fupra papã iurifditionē cōpetere tã clericoꝝ q̃ laicoꝝ refp.ctu. A.48.

¶ Damafcenus etiam fuper illud Lucæ .7.c. Faciamus hic tria tabernacula.Non te dñs inquit tabernaculoꝝ/ fed uniuerfalis eccl.conftructorem conftituit:fi eccl.conftructor/quo mō ei poteft fubeffe? Pręterea Chrifo. fuper illud Lucæ.22.Ego pro te rogaui.&c.Omiffis inquit alius uenit ad Petrū cęterís platum. Item Aug. tractans illud uerbum dñi Petrus ambulat fuper aquas,Dicit primo Ap fo.1.Petro in ordiue apoftoloꝝ firmo & pcipuo/ in quo figurat eccl. Scrũs Cyrillus ēt fup illo.Tu aliqñ cōuerfus.&c.Cū te principem apoftoloꝝ deputauerim. Rabanus quoq fuper illud.Tibi dabo claues &c.ait.Qui enim maiori deuotione Regem cęloꝝ confeffus eft prę ceteris/donatis clauibus regni cęleftis honoratus eft. Argq.49.

h. ff d acq re do. ¶ Xps quoq Petro dixit.Tibi dabo claues.&c.Hoc uerbū dare de iure dñii tranflationē .h. importat.Si ergo dñium clauiū Petro eft datū claues aūt nō fabri factas/ fed pleniffimam ligandi & foluendi ptātem p illas fignificatas doctores facri intelligunt:impoffibile eft clauiū hmōi dñium & ptātem effe penes eccl. quia aut dices illud effe penes petrū & eccl. infolidum:Et hoc fieri non poteft. quia continet repugnantiam/q eiufdem rei duo fint dñi.i. infolidū.Si aūt dominiū effe diuifim in perfona utriufq affirmes / & hoc minus ftare poteft/tum quia fidei unitati repugnat. Vnam unam fanctã eccl. fymbolus canit/ tum quia nec Petro fup eccl.nec ecclefię fupra petrū poffet tunc iurifditio ulla cōpetere/contra mentem aduerfarioꝝ/ut dixi in.37.argu.Par.n. in parē non habet imperiū.Pręterea nō legitur q xps cuiq claues dederit/uel alteri q̃ Petro fe daturū pmiferit. Dicere

[Margin notes: h. ff d acq re do. et d in- tic.1.l.in hac.§.fic itaq inftit.d actio .1. ff.cōmod .l.fi ut certo.§.fi duo. b⁹ &.ff.uti.poffid .l.fi duo & .ff.de. pca .l. duo & de aqr.pof l.3.§.excō trario ubi p doct.]

esse Petro claues fuisse promissas & non datas/ ut nonnulli asserunt /quibus Abb. siculus in suo tractatu de ptãte papæ adherere uidetur impiũ est atq; hereticũ: Xp̃m enim menda cem faciunt si suam promissioné nõ impleuisset: ut dixi in xi. arg. in fi. Preterea est contra Cano. & maxime ꝙ .k. Aug. sniam dicentis. Petrus qñ claues accepit eccl. sctãm signifi care uř. Pz ergo Petro claues datas fuisse. Ar. 50.

.k. 24. q. 1. quod cũq;. u. d. c. 1.

Pont. pterea solus põt statuta gñalis Cõcilii interpta ri dicente .l. Greg. Quotiens aliqua de uniuersali synodo aliquibus dubitatio nascit̃ ad recipiendã de eo/qđ nõ intel ligunt rationẽ/aut sponte ii qui salutem animę suę deside rant ad apostolicã sedem p recipienda ratione cõueniant. Ergo papa Concilio est superior: alias gestoꝝ in concilio interpretatio ad cõciliũ nõ ad papã spectaret. Inferior qp pe supioris legẽ interpretari nõ .m. põt ita ut eius interpta tioni stetur: quia ille habet auctoritatẽ .n. interptandi legẽ uel canonẽ qui habet auctoritatẽ cõdendi. Argu. 51.

.L. 17. d. nec licuit 10. d. de libellus đ cõcess. pb. dilectus

.m. L. 1. §. siqs. ff. đ appell. i. no. glo. & Bar. in. l. ab exe cutoř i prin. eo. ti. .n. C. de leg. l. fi. .xi. q. 1. §. his ita.

Nauis quoq; Petri sm Ambr. sup Marcũ uniuersalem eccl̃az .o. prefigurat/sicut igit̃ Petrus naui pręest ecclesiam rep̃sentanti/ ita & eccl. p illam rep̃sentate/ Figurãtis .n. & figurati seu rep̃sentantis ac. p. rep̃sentati dispar cõditio esse non debet. sicut in simili dicitur de arca Noe / extra quam mortalium saluatus est nullus; quę & ipsa ecclesię est .Q. typus ita extra catholicã eccl. nullus. q saluabit̃. Ar. 52.

.o. 24. q. 1. Non turbatur. .p. ff. đ off. eius cui mãd. ẽ iurisd. l & si ptor.

Item pro hac parte adducitur illud qđ in passione xp̃i habetur Io. 18. Petrus educens gladiũ pcussit seruũ pont. auriculãq; ei dextrã abscidit ubi Gre. ait. tollit ergo Petrus aurem: quia ipse est qui accepit claues regni celoꝝ / ille. n. cõdemnnat qui absoluit. Io. etiam ult. c. dicit̃. Pasce oues meas: exponit Crisosto. loco mei pręppositus esto & caput fratrum tuoꝝ Argu. 53.

.Q. 24. q. 1. qm̃ uetus. .q. de sũma tri. c. 1. §. una.

Legitur ẽt in actibus apłoꝝ. c. xi. oĩs generis animan tia fuisse Petro ostẽsa tam imũda q̃ mũda/ dictumq; stupen ti illoꝝq; cõmestionem phortenti/Petre occide & mãduca

q̃ ſm Albertũ magnũ alioſq; doct. ſacros cõplures oĩmo dam petri in toto orbe ptãtis plenitudinẽ ſignificare uidetũ & nihil in orbe reſtare/quod in os eius non eſſet intraturũ/ cuiuſq; curam ipſe nõ eſſet habiturus. Si ergo ſoli Petro tã inſignis figura eſt pmonſtrata/ipſi tñ & non aliis plenaria iuriſditio conceſſa uĩ. Ipſe igitur ſuper oẽs alios eſt/ & ſic ſupra Concilium. Pręterea .r. Inno.4. dicit papã habere in ſua ptãte eccleſiã militantẽ: quomodo ergo põt dici eccl'a3 illo ſuperiorem ſi in eius ptãte conſiſtit? repugnare hæc in uicem manifeſte uidentur. Argumentum.54:

.r. c. inq̃ſitionis ĩ de ſenten. exco.

Chriſtus etiã dicendo Petro/paſce oues meas: omnes oues: ut .s. Inn .3. affirmat illius curę cõmiſſe uidetur/ ergo & apoſtolorũ ac epõrũ in eorũ locũ ſuccedentiũ/ cum & ipſi Chriſti oues forent/nec nõ chriſticolarũ oĩum cura petro pariter cõmiſſa dicetur. Quare conſtat tã hos q̃ illos petro fuiſſe ſubiectos. Poſſent plura adduci q̃ curioſioribus relinquo perueſtiganda/ſat eſſe debet principaliora & urgẽtiora in medium adduxiſſe.

.s. d̃ maio. & ob. Solute.

REPLICATIONES CONTRA ADVERSARIORVM RESPONSIONES AD HANC PARTEM.



Ed quia opinioni prædictę pleriq; perperam aduerſantur: ut Abb Siculus & Lud. Ro. Io. Gerſon & nõnulli ueritatis inimici conanſq; ad ſupius allegata/nõ ſine magna tñ Canonũ uiolatione reſpondere. Viſum eſt mihi non incongruũ illorũ reſponſiones ſubiicere· illaſq; ut uanas friuolaſq; refellere / & ad ſupra allegata primo ad auctoritatẽ Simachi dũ dicitur cauſas Pont. a nullo hoĩum iudicandas. Dicit Abb pdictus in ſuo tractatu de ſingularibus hoĩbus intelligendũ/ nõ de Concilio/quod hoĩum appellatione nequaq̃ cõphenditur. Et eode3 mõ reſpondet ad auctoritatẽ Boni.26 loco ſupra

addu&ã du; dicit / mortaliũ nullus huius culpas p̃sumat re darguere. Tu uero dic responsionem hanc nõ ualere / quia licet Concilium sit persona ficta/in eo tñ hoĩes interueniũt ut collegiũ/& quicquid fit p illud dicitur fieri p homines in uniuerso non particulatim. Probatur hoc manifeste auctoritate .A. Symachi/ubi ep̃i in synodo cõgregati dixere q̃tum ad hoĩes respicit/sit Symachus immunis & liber:cuius cām totã dei iudicio reseruamus: Ecce ibi app3 sniam ferri a Cõcilio & Syma.a iudicio hoiu3 absolui/ergo falsũ ẽ Cõciliũ hoĩu3 appellatiõe neq̃q̃ cõp̃hẽdi. Vñ uniuersitas põt delinq̃re & errare/ & põt .a. puniri de iure:q̃a hoĩes de uniuersitate sunt ii qui delinquũt; quare hoĩes ut sint op3 qui sunt in Concilio/& qui papã sunt iudicaturi / licet non particulariter sed uniuersaliter. Hoc aũt non facit quin dicatur tunc ab hoĩbus iudicari:quod manifeste Canones prohibent/& .b. regula iuris est/dicens cũ quid una uia prohibetur uni/ad id alia nõ debet admitti. Præterea hæc rñsio tollitur per uerba .c. Gelasii dicẽtis. Totius eccl. appellationes ad hmõi sanctæ sedis examen uoluerunt deferri/ab ip̃a uero nusq̃ prorsus appellare sanxerunt:ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare ipsam ad nullius cõmeare iudicium. &c. Si ipsa de tota est ecclesia iudicatura & nullius iudiciũ subitura:ergo nec uniuersalis ecclesiæ subibit iudiciũ/quia hoc uerbũ nullius aptum est omnia cõprehendere/ tam homines q̃ collegia uel uniuersitates quascũq3: Vniuersalis igitur eccl. sia excluderetur a iudicando pont. fieriq3 non potest ut ipsa illum iudicet/a quo est iudicanda: quia inferior superiorem iudicare nõ potest. Premissa etiã responsio Abb. & alioꝶ tollitur per p̃allegatã auctoritatẽ Symachi du3 inquit/Alioꝶ hoĩum causas deus uoluit per hoĩes terminari sed sedis huius presidem suo sine questione reseruauit arbitrio/Voluit beati petri apostoli successores cęlo tm̃ debere innocentiam/& subtilissimi discussoris indagini inuiolatam habere conscientiã. Si ergo papa dei arbitrio iudican-

.A. 17.d.§ hic ẽt.

.a. de exces. p̃l. di lecta no. Bar. in .l. aliud .§. refert .ff. đ reg. iu. & i .l. aut fcã. §. nõnũq̃ .ff. đ pen. c. Romana. § uniuersitatẽ &.c. si snia đ sẽtẽ. exco i. 6. no. Bal. & ang in .l. Metũ .§. animaduertendũ .ff. qđ met. cã. ab i.c. dilect'2. de Simo. .b. đ reg. iu. cum qd una uia. li. 6. .c. 9. q. 3. ipsi sunt canones.

dus relinquitur ab hominū iudicio eripitur siue illud in uni uerso uel particulatim prestet. Vnius.n.inclusio alterius est .d.exclusio: Igit & a iudicio cōcilii quod ex hoibus cōstat (ut modo dixi) papa eripietur. Itē ad pmissam Bonif. auctoritatē dicunt/ ꝙ loqtur quādo Papa esset deses & negligens in omittendo: quia suam propter ignauiam ecclesia pessundaretur/secus si propter sua scelera & facinora ecclesia scandalum pateretur: quo casu dicta audoritas locum nō habet: quia grauius est delictū in cōmittendo q̄ in negligendo cōmissum. Verū ultra dicta ibi dic qđ hec rñsio per uerba ipsius Bonifatii aperte cōfunditur dū dicit. Huius culpas presumat redarguere mortaliū nullus. Hoc uerbum culpa oēm modū peccādi cōprehēdit siue in faciendo siue in omittendo cōsistat. Ait.n.f. Ioan. papa culpā facientis habet: qui pōt corrigere/negligit emendare/ Negligens ergo dicit facere & negligētia .g. punitur sicut delictum. Et .h. Aug. qui desinit obuiare cum pōt cōsentit/&.i. Eleuterius negligere/cū possis pturbare peruersos/nihil aliud est q̄ fouere: nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. Pastor ēt fm .k. Gregorium Qui delinquentes nō arguit/tacendo occidit. Et .l. Ambr. de officiis: Qui non repellit iniuriam a socio cū potest/tā est in culpa/q̄ ille qui facit: Negligentia igitur punitur sicut delictū patratum. Nec refert quomodocūq; papa siue negligendo siue facinora perpetrando ecclesiā scandalizet cum par sit delictum. Et .M. Io.a. ait. Qui crimina quæ poterit emendare non corrigit/ipse cōmittit. Nihil pterea de .m. iure refert quid ex equipollentibus fiat: Hoc satis esse d.bz ad demonstrandū ꝙ propter hmōi scandalum papa minime potest deponi .N. ciuiles: pterea leges dicunt ꝙ non faciens ad quod quis tenetur contra illud dicitur facere.
Præterea hæc responsio Abba. non tenet dicente Anthero papa .n. facta subditoꝝ a nobis/nostra uero a dño iudicātur/ergo etiam in iis quæ in faciendo cōsistunt papa a solo

.d. de pſump.nō ne.ff.de iudi.l. cū pretor.
.f. 86.d. culpam.
.g. 16.q.6.consuetudo in fine.
.h. 23.q.3.c.fi.
.i. 2.q.7.Negligere
.k. 43.d.ephesiis.
.l. 23.q.3. Non inferenda.
M.23.q 8.c.pterea
.m. ff.si cer pe.l. certū & de lib. & postu.l.2 &.3. & d cond.&demonst. .l.noīatim.
.N. ff.de reg.iu.l. qui nō facit&q̄ in frau.red.l. in fraudem.no.Bal. in l. de qbus in.23.col. de legi.
.n. 9.q.3.Facta

dño iudicatur. Item si in leuiorioribus relinquitur dño iu dicandus tanquã exactius de illius uita perscrutaturo/quia ut ait .o. Symachus non habet reus apud illum de allegationis nitore subsidium/quanto magis in grauioribus dei iudicio relinqui debet ab eodem grauius puniendus. Nec obstat q nonnulli dicunt papam posse pro notorio crimine cõdemnari/quia dico propter hanc notorii qualitatem minime tribui iurisditionem illam alias non .p. habenti/ Neq hoc iure cautum reperiri: ut patet in clerico notorie delinquente/contra quem iudex laicus nullam propterea iurisditionem .q. sortietur. Et licet papa male agat solus deũ iudicem habet. Nec obstat auctoritas .r. Clementis/quod propter obstinationẽ uideatur potius membrũ diaboli q̃ xp̃i & potius infidelis q̃ fidelis: quia idem est in quolibet criminaliter peccante/qui p pctũm efficitur mẽbrũ diaboli & illius subditus .s. potestati/ & totiens deũ quis negat fm .T. Hier. quotiens peruersa agit & quilibet peccator dr̃ esse extra .t. ecclesiã. Item sequeretur ex hoc q papa p quolibet peccato mortali posset deponi/quod falsum est/quia requiritur heresis uel infidelitas stricte .u. sumpta ad depositionem. alias sequeret̃ q pro crimine simoniæ posset dãnari/cum & illa large .x. heresis appelletur: quod a sacris doctoribus non .X. tenetur: Excõicatus ẽt hereticus appellatur tam a .y. Nico. papa/q̃ ab Iustin. Imp. Dr̃ ergo membrum diaboli & infidelis large cũ habeat fidẽ informẽ/non stricte sicut heretic⁹ uerus q caret fide. Ad auctoritatẽ Ana. in .27. arg. adductã dicẽtis. Eiectionẽ pont. deũ suo iudicio reseruasse: dicunt nõ loqui/qñ causa eiectionis subest ut heresis/scandali/ uel delicti notorii. Verum hæc rñsio nihil ualet quia papa nõ peccãte/uel illius delicto non apparente/frustra de illius eiectione tractaretur. Occulta enim pctã latent: & nisi a deo iudicari .z. non possunt/cui nota sunt omnia. Causa ergo ut sit oportet/alias canon ille foret indubitabilis quod iuri .a. repugnat. Immo. etiam auctoritati

.o. 9.q.3. Aliorũ.
.p. C. de iurisd.o. iu.l. magist. ne. & ibi no. Bal. & Sal. & Bal. in .l. crimis .C. qui accusa.
.q. ut plene no. p Inn. D. Ant. D. ab. & alios cano. i .c. uerũ de foro cõp. & in .c. at si clerici. i prin de iud. & in .c.1. de mut. pet. & ubiq p Io. an. & d Ant. & Abb.
.r. 38. d. c. fi.
.s. 24 q.1. miramur
.T. xi. q 3. estimãt .1. q.1. ut euidẽter.
.t. 24 q.3. de illis & .c. sequenti.
.u. glo. 79. d. si qs pecuniam.
.x. 1. q.1. c. fertur. & c. eos de simo. .c. qm̃.
.X. de elec. c. licet gl. 79. d. siqs pecu.
.y. 4. q.1. c.2.1 aut. de priuil. dot. post prin. col. 8.
.z. de simon. tua i fi. 32. q.5. c. fi.
.a. ff. ad carbon. .l. quod labeo.

in .19.argu.adduct;:Ibi nec a clero nec a populo iudicabitur.&c Rñdent q non loquitur de clero aut populo facientre Concilium. Ná si totus clerus uel populus esset in uno loco congregatus nó diceretur pp hoc Cócilíũ nisi esset Concilii faciendi causa congregatũ/sicut de alicuius ciuitatis populo dicitur qui si totus ad facinus aliqd patrandum cócurreret/nó diceret ciuitas maleficiũ cómisisse/nisi prius fuissent ciues legitime cógregati/& in uniuersitate delibe-rassent illud cóicato consilio perpetrare: ut est doctoꝝ .b. snia uera & probata. Et si tex. de Concilio uoluisset intelligere clare utiq hoc .c. dixisset. Verũ hæc rñsio nihil ualet/ quia cũ ibi tractetur an papa possit ab aliquo iudicari/ intelligi debet de iudicio/alias legitime & rite faciendo/qa uerba legis frustratoria esse non debét/atq ita interptanda ut oïa .d. rite fiant & ualide. Vnde cũ ponitur quæstio de clero & populo possint ne Pót. iudicare/intelligi debet de clero & populo ad hunc actũ dũmodo iudicandi Pont cógregato an id posset facere/& deciditur ibi q non ex defectu potestatis ipsoꝝ. Ad decretalem uero .c. Alex.iii. super pótificia electione editam/dicenté aliquid pcipuũ in Pont. electione constitutũ/quia deest superior ad qué recurratur: dicunt illam loqui/qñ Conciliũ nó est tunc actu cógregatũ/ quia uere eo tépore deest superior/secus ubi foret congregatum: quia tunc adesset superior ad qué posset recurri per q faciliter. Porro rñsio hæc per uerba eiusdem decretalis confunditur. Ait enim ponendo causam differentiæ inter Ro. & alioꝝ Pont. electionem quare aliud in uno q in alio statuatur/quia in electione papę non poterit ad superiorem haberi recursus. &c. Verbum hoc poterit cũ futuri sit ipis cóphendit non solum quãdo cócilium foret electiõis tpe cógregatum: sed etiá postea quandocũq adunaretur/quia si cócilium foret superius/ falsa foret illa ró per pontificem assignata: q ad superiorẽ non potuit haberi recursus/ poterit náq ad superiorem recurri saltẽ quãdo cócilium cógre

.b. Bar.in.l. Aut facta .§. Nonunq cos fi.ff d pen.d. Ab.p' as in.c di lect' de Simo.no. d pen.in.6. felicis p Can. oës.
.c. L.si seruũ .§. nó dixit.ff.d acqr her .L.una .§. fin aũt ad deficiétes. .C.de Cad.tol.
.d. L.4.§. códẽ natũ.ff.d re.iudi. .L nó putauit.§. nó quis .ff.cótra. tabul.
.c. d elec.c.l3.

gabitur. Verū cū Conciliū sit inferius/ papa āt supior/ ideo ad supiorē recurri nō poterit/non solū tunc sed ēt postmo dū qñcunq̧ cōtigerit Conciliū celebrari. Præterea si uoluis ser pont. asr intelligere p uerba pñtis ꝑis locutus fuisset di cēdo/Tunc cū electio celebrat̄ ad superiorē recursus hri nō pt. Et ita ꝓcedere posset Abb. rñsio ad decretalē pallegatā/ illā tñ puerse intelligentis. Sed ambitio hoies sane doctissi mū ꝯ ueritatē & ꝯ prius a se scripta loqui ipulit/ qđ uitium (ut ait Salustius) mortales cōplures falsos fieri coegit. Ob unū qppe uelduos canōes pperā iterpratos aduersarii cano nū pene ifinitatē conat̄ euertere manifeste hāc ueritatē ꝓbā tiū. Adducūt hi ēt nū ad suę intētiōis fundamentū pcipuū .f. Gela. papę auctem sic dicentis. Quāuis uniuersæ p orbē eccl. catholicę institutę unus thalamus xp̄i sint tñ sctā Ro. eccl. catholica/nullis synodicis cōstitutis cæteri est plata: sed euāgelica uoce. &c. Intelligit̄ plata cæteris eccl. pticula riter cōsideratis ab eadē Ro. eccl. distinctis. Et ita intelligit̄ dictū .g. Greg. supra adductū dicentis de Petro/ ꝙ dñs cun ctæ eccl. illū pfecit/ut debeat exponi .i. cūctis eccl. pticulari bus/nō aūt eccl. uſi :ut ꝓbat illud uerbū /cęteris Pelagii ꝓxi me allegatū/ut uerba in sensu cōgruo recipiant̄ & magis .h. ualido/& iura iuribus .i. cōcordent̄. Ita ēt intelligūt con stitutionē Cōcilii .k. Hilerdeñ asserentis petrū totius eccl. pastorē a dño cōstitutū/ut totius eccl. .i. oium eccl. exponi debeat. Eodē mō Greg. uerba exponūt dū dixit Petrus ptā tem regni accepat/ut quo ad eccl. particulares nō aūt quo ad uniuersales eccl. intelligant̄/cuius caput & rex est xp̄s. ꝙ āt nō accepit ptātē uniuersalis eccl. ps cū ex supradicta Gel. auctoritate/tū ēt ex .l. Greg. uerbis Alexādrino patriarchæ directis uetātis uniuersalē se noiari. Similiter Ambr. uerba interptant̄ appellātis Petrū petrā/ qđ nō ideo ibi dr̄ Petrus petra/ad denotandū ꝙ eccl. fuerit sup eū fundata iuxta illd .M. apli/petra āt erat xp̄s/sed fuit dictus petra ad denotan dū ꝙ in articulis fidei fundamenta p suā pdicationē posuc

.f. 21.d. Quāuis.

.g. L.d. Cōside randum.

.h. c. Abbate de Verb. sig. li. 6.

.i. de elect. cū ex pediat li. 6 C. de Inoff. dot. l. 1.

.k. L.d. Hi. q. §. 1.

.l. 99. d. Ecce.

.M. đ cōsec. d. 2. Re. uea 1. ad cori th. x. c.

rit ut ibidē dr/sed hęc rñsio nō ualet;qa si posuit fūdamen
ta fidei ergo est caput fideliū ab eo i fide fundatoꝝ. At uls
eccl. ex fidelibus cōstat ergo ulis ecclesię petrus est caput si
caput dñs ēt ut sit opꝫ cū caput mēbris cęteris dñet. Est.n.
petrus primū caput post xp̄m/illiusq̄ uicē gerens:ut dixi i
rñsionibus ad argu. partis ꝯrię. Itē dū dr sup hanc petram
fundabo eccl. meā exponūt.i.sup hunc articulum fidei quē
nunc cōfessus fuisti dicēdo. Tu es Petrus.&c. Fundabo ecc.
meā/quā expositionē Io.m. glo.ponit. Quæ tñ tex.illum
uiolare ur̄ dū dixit. Sup hanc petrā & nō sup articulo a te
cōfesso. Pręterea absurdū ur̄ eccl. sup unū articulū tm̄ fun
datam cū.xii. articuli .n. existant quos catholica eccl. tenet
q oēs ita inuicē sunt cōnexi/ut si unus corruat totius sacrę
scripturę ſm .N. Aug. auctoritas euanescat/Dicta uero per
Amb. ad regimen particulariū referunt / nō āt ad regimen
ulis eccl. q̄ ē corpus mysticū/qd pastorali officio petri nūq̄
indiguit/nec indigebit cū sit (ut aiunt) ipeccabile / nō hñs
maculā neq̄ .o. rugā/sed xp̄m caput suū & sponsuꝫ fuit fun
damentū fidei in nationibus. Eodē mō rñdēt ad uerba .p.
Amb. dñtis/q̄ Roma principatū & caput obtinuit nationū
ut illud caput & principatus referat̄ ad p̄ticulares eccl. p or
bem diffusas/ nō ad uniuersalē eccl. q̄ est corpus mysticū /
sup qd eccl. Ro. nūq̄ p̄tātem accepit/ simili mō ad oia iura
respōdent: quę Petruꝫ aliqñ totius eccl. pastorē appellant/
aliqñ caput & principē oiuꝫ fideliū/ Alibi rectorē ulis eccl.
& gregis dñici directoreꝫ uocant. Ro. quoq̄ eccl. uniuer-
sorum xp̄i fideliū matrē sępe nūcupant/ & alia id genus in
supioribus deducta epitheta illi tribuūt. Vt p̄missa oia attri
buta:quo ad particulares eccl. p orbē diffusas sint itelligē-
da nō quo ad uniuersalē eccl. cui nunq̄ Petrus legit̄ fuisse
p̄positus. Verū ut supra dixi arg.15. hęc opi. cōfundit̄ p Bo-
nif.8.in ꝓhem.6.li. Dū ait Ro. eccl. uniuersalis eccl p̄latam
& totius orbis p̄cipuū obtinere mgiatū. ergo & uniuersalis
eccl. cū sit illa i orbe/ obtinebit principatū sumēdo argu.

.m. 19.d.c.ita do minus.

.n. d suma.tri.c.1.

.N. 9.d.si ad scripturas.

.o. 24.q.1.loqr & .c.oibus & c. A recta apl̄s ad eph.5.c

.p. 2.q.7. Beati petrus.

de maiori ad minus/qd est ualidum:quia si dñatur conti-
nenti.s.orbi certe & contento (ecclesię inq̃ uniuersali) op3
ut dñetur.Item (ut supra dixi in arg.43.) Petrus dr̃ firma-
mentum eccclesię uniuersalis;ergo est super illã.Itẽ nomen
suũ Petrę cõicauit eidẽ ut .q. Nico. papa inquit & supra di
xi/ut ęterni templi ædificatio/mirabili munere gratię dei i .q. 19 d. Ita dñs
petri soliditate consisteret.Ex quibus p3 eccl'am super petrũ de elec fundamẽ-
fuisse fundatã .r. Cypria.etiam asserit super unũ petrũ fuisse ta in pr nc.li.6.
ecclesiam ędificatam.Pręterea dum negatur ecclesiã fuisse r. 24.q 1.loq ur.
fundatam super petrũ est contra .s. Hier. auctoritatẽ dicen- s. 24.q.1.quoniã
tis super hanc petram fundatam ecclesiam/scio de petro lo
quens & .t. Gregorius ait christus super apostolicampetrã .t. 12.d.c.2.
uniuersalem fundasse ecclesiam ut p̃dixi qd de xp̃o non p̃t
intelligi qui non fuit ap'us sed apostolo℞ dñs & magister
ut in.22.arg.latius hoc probatur.Pręterea dñs Card. de po.
papæ li.2.hæc dicta acriter ipugnat.Ex qbus plura resultant
inconueuientia & absurda. ¶ Vnũ in primis/quia dũ faten
tur petrum esse caput nõ assignando ei unum corpus cuius
sit caput sed plura/singulos u3 fideles singulasq; ecclesias
ut singula ipsius corpora/uidentur monstrosam re3 facere.
Alterum quia dicendo petru3 fuisse caput oium particula-
rium ecclesia℞/nõ aũt uniuersalis ecclesię contradictione3
implicare uidenf / cũ illa ex particularibus ecclesiis constet
ut .x. Gelasii auctoritas supra adducta probat dicentis / q .x. dcõ.c.quam-
uniuersæ orbis ecclesiæ unus thalamus xp̃i sunt & .y. Cy- uis .21.d.
prianus unam ait esse ecclesiam per totum mundu3 in mul- .y. dcõ.c.loqf &
ta mẽbra diuisa3. ¶ Tertiũ q cũ ecclesia sit unũ corpus/ut c.oĩbus.7.q.1.No
ait.z.Ap's:corpus ãt debeat habere unũ caput homogeneũ uatianus.
.i. eiusdem naturę: ut.s.uisibile sit & conuersef cũ corpore .z. de sac.unc.c.
cuius est caput/negãdo petrũ post xp̃i absentiã ab eccl.cap̃ uno.d.c.loqtur.
uniuersalis ecclesiæ non fuisse: fateri necesse est illam esse
acephalam.i.sine capite uisibili & conuersante cum ea: qd
est .A. absursurdum & damnatũ per Ioannem .xxii. extra- A. 21.d.c.submittif
uagantem incipiente3.Licet iuxta doctrinã apostoli/in qua

Mart. pataui ni opinionẽ dãnauit dicentis/xp̃m nullũ caput dimisisse ecclesiæ. In Cõcilio quoq; Constañ dãnata est per Martinũ. 5. opinio Io. Hus dicentis/nõ esse oportere in spũa libus unũ caput regẽs eccl. cũ q̃ semp cõuersat. ¶ Quartũ incõueniens est quia unitas eccl. accipienda est stante euan gelica ordinatiõe/nõ solũ habito ordie ad xp̃m/sed ẽt hñdo ordinẽ ad unũ xp̃i uicariũ: ut supra latius dixi. Et sic ad sũmũ pont. cui totũ eccl. corpus uniat. Vñ glo. Mat. 16. c. Ideo inquit ptãtem speciasr ligãdi soluendiq; Petro xp̃s cõ cessit/ut ad unitatẽ nos .a. iuitaret. Ideo eũ principẽ aplorũ instituit ut eccl. unũ haberet principalẽ uicariũ/ad quẽ di uersa eccl. mẽbra recurrerẽt si inter se dissentirẽt/ q: si diuer sa capita essent in eccl. unitatis uincula rũperent. ¶ Quintũ absurdũ resultare uĩ/qa opinio p̃dicta xp̃i auctoritati mani feste p̃riat dñtis: Tu uocaberis. b. cephas/qđ grece caput so nat. Vñ Beda in glo. ita ait. Intuitus ãt Petrũ xp̃s uidit cor dis simplicitatẽ animi sublimitatẽ/cui⁹ merito auctoritate esset pfecrẽdus eccl. &c. Cõfirmat hoc p illud qđ dixit xp̃s Petro ut cãtat eccl. sup plebẽ meã principẽ te cõstitui: nõ di xit plebes / q: .B. dñi est terra & plenitudo eius. Vñ illius plebs est uĩs eccl./cuius pastor uĩs a dño est cõstitutus di cente. Pasce oues meas. Si pastor ergo & caput/ ut supra la tius deduxi. Nec obstat q: xp̃s nõ dixit. pasce eccl. meã/qa cũ eccl. uĩs nil aliud sit q̃ grex .c. dñicus/ q ex ouiũ multi tudine cõstat: sicut Petrus est pastor gregis dñici ita & uĩs ecclesiæ. In oroe insup quã eccl. p totũ orbẽ pnuntiat dr / Deus oium fideliũ pastor & rector/famulũ tuũ Iuliũ quem postorẽ eccl. p̃esse uoluisti. &c. Suffragant & huic sniæ .d. Greg. uerba in Omelia dñicæ resurrectiõis supra adducta dũ Petrũ pastorẽ appellat. Vñ synodus Cõstañ. cõdẽnauit Io. Hus/negantẽ Petrũ fuisse caput scẽ eccl. catho. qđ latie cõe seu uĩe significat. Neq; ualet rñsio quorũdã uerbũ illud uĩe distributiue nõ collectiue accipiẽtiũ dũ dr Põt. cap uĩs eccl. ut p singulis ipsi⁹ ec. mẽbris distribuat: nõ ãt collectiue

.a. dcõ. c. loquitur in princ.

.b. Io. 2. c. 22. d. c. 2

.B. psal. 23. 13. q. 2. c. ubicunq;.

.c. c. 1. đ hom. li. 6

.d. L. d. considerandum.

ꝑ uniuerſali eccl.teneaſ:quia lȝ ſignū uniuerſale cū cadit ſupra nomen cõe nõ collectiuū poſſit diſtributiue accipi: ut hęc poſitio. Sortes eſt fortior oĩbus hoĩbus ꝑt diſtributiue eſſe uera/collectiue uero falſa:qñ tñ uniuerſale ſignū cadit ſupra nomen collectiuū:ut ppl's/grex/cõciliū/collegiū/ſynodus/& hmõi/ꝓ naturā nõis eſt/ut diſtributiue nõ collectiue capiaſ. Abſurdū præterea uiꝫ papā dici caput ſingulorꝫ mēbrorꝫ corpis eccl.nõ aũt ipſius eccl.ex mēbrorꝫ multitudine cõſtitutę/ſicut qđ eṗs ſit caꝑ fideliū diocefis nõ ipſius diocefis Rex incolaꝝ regni caput & nõ regni. Pręterea dū aduerſarii negāt Papā caput uniuerſalis eccl.collectiue ſumptę ut quę aīa careat nec ſacramētis indigeat lȝ eius mēbra egeāt/tria ex ꝑmiſſa opinione/ſm Card.ꝑdictū reſultare uidentur nõ parū erronea. Vnū ꝙ ecclaȝ hmõi/cuius caꝑ aſſerunt xp̄m nõ papā aīa carere affirmāt: Alterū ꝙ ſacramētis nõ egeat/lȝ eius mēbra indigeant:Tertiū ꝙ hęc ſit aliud ꝗ eius mēbra ſacramētis indiga. ¶ Cõtra primū eſt qa corpus xp̄i miſticū:qđ eſt ipſa eccl.uniuerſalis/qđ nõ põt eſſe niſi unū qũo ſenſum ſpiritalē/& motū põt accipere a Xp̄o capite ſua dona in illud diffundente? aut q fieri põt/ut xp̄i munerū ſit capax ſi aīa careat:ꝗ ſola diuini influxus ē particeps? qũo ſi ſacramentorꝫ eſt incapax ut aiūt aduerſarii ꝑt illa aliis miniſtrare/aut alios ligare uel ſoluere? Iſta quidē hoĩbus cõcedi optuit/qui illa cęteris ꝑberent, Quę quideȝ ptās ſi apl'is data fuit ut aiunt/& ꝑ eos ipoſteros eſt diffuſa; hoĩbus certe datā appȝ/nõ corpori fantaſtico uel chimerę. Itē ·c· Gelaſ.papa ait/qđ uľis eccl.ꝓbauit aſſenſus:ergo pȝ illā ex hoĩbus eſſe/ex quo põt cõſentire:Itē põt delinquere ·c· 25 q·1.c.1. & puniri ut ſupra dixi/qđ nõ eſſet ſi ex hoĩbus nõ cõſtaret: quia illi ſunt qui delinquūt & puniunſ. Pręterea qũo credi tur ſancta/nõ hñs aiaȝ? qũo ſponſa xp̄i/ſi nõ hȝ aiaȝ? qũo uľis eccl.põt xp̄i mr̄imonio copulari/ſi inanimata exiſtit/nõ hñs ēt fidē & charitatē quibus ſponſo iungaſ? Impoſſi

.f. 24.q.1 aduocauit &.c.scisma i fi.
.g. Actu.20.c.
.h. ff.de off. eius cui mad.est Iur.l. & si pretor.
.i. de testi.c.insup & .d.in tatu.§.uniuersitatis.ff.de Rerum di.
.k. i.c. Romana §.in uniuersitate de sent.ex li.6.no cano.in.c.p illo[rum] de preben.
.l. .d.§.uniuersi.

inquiunt si sit exanimis.Absurdu est dicere corpus xpi esse eccl.l. & xpm pro eccl.f. mortuu aia carete pariter & sensu: qua et acqsiuit sanguine suo/ut i act.aplo[rum].g. legit Quo eccl.hec uniuersalis in terris nuc militas coiugenda est in celesti gloria/cu illa triuphante? Aut quo militas dici pot uel triuphans q sit inaiata:& p pns incapax glorie?Est naq ipa fideliu multitudo ut sepe e dictu/ulis eccl.Ipe uero fideliu aie:eccl.ipsius aie nuncupant Eccl.et in suis oronibus ait.Deus qui eccl.tua nouo semp foetu multiplicas.&c.Recipit ergo argumetu:Istud aut no est nisi boiu3 couerso[rum]: est igit ide eccl. qd fideles ipsi/Orat pterea ecclia ad deu3 quotidie ut est illa.Ecclesie tue qs dne pces placatus admitte/& multe similes oroes ab ecclesia fiut quotidie & in actibus aplo[rum] dr.5.c. Oratio at fiebat ab eccl. ad deu p eo qd no expediret si eet corpus fatasticu ut aduersarii allucinat. Preterea repntas aliqd simil tudinis uel .h. pportione hre d3 cu repntato/sed,cociliu costat ex hoibus/& dr repsetare uniuersale eccl.Necesse est igit uniuersale eccl.constare ex hoibus qd no foret si eet illud corpus fantasticu & illa chimera:qua plerique somniat. Vt qd pterea p eccl. orat/si e corp9/ut dicut impeccabile nec hns macula/ q possit dimitti?Insup sicut dr xps ecclesia suo sanguie redemisse.i.singulas aias ecclesie fidelium.ita Papa dr hre ptatem nedum supra singulas aias ecclesie quae ut singulares no sunt uniuersitas s3 et que collectiue capiedo uniuersitate faciunt unuque eccl.scre corpus costituunt.Nec dr ppea uniuersali carere ptate/quia in singulos sacrameta sunt impetienda: Na et in prophanis multa sunt ad uniuersitate spectantia/quo[rum] singulos quosque tagit.i. emolumentu3:& illa dnr uniuersitati concessa.Simile est i cesura/si enim aliqd sub censuris uniuersitati mandat qd p singulo[rum] ministeriu3 est adiplendu censurae hmoi uniuersitatis pticulares inobedietes ligabut ut sacro[rum] Cano. .k. interptes uolunt. Et pbat manifeste ex Bonif.8.constitutioe .l. phibentes uniuersitate excoica

ri ne contingat innoxios ꝓ noxiis qñq; puniri: ergo pꝫ ex hmôi censuris singulos uniuersitatis ligari. Supuacua nẽpe foret talis cõstitutio ꝓhibitoria nisi singulos hmôi cẽsurç cõphenderẽt ꝓbatur hoc etiã ex alia eisdẽ .m. Bonif. cõstitutiõe quç uoluit ut interdicto populo singulares sint interdicti illius populi: ergo pꝫ ꝙ nõ esset infructuosa hæc ptãs papæ sup ecclesiã uniuersalẽ cõcessa ut aduesarii somniãt. Opatur ẽt hæc ptãs sup illam etiã in uniuerso nouã legeꝫ cõdẽdo quæ fidẽ respiciat & animaꝝ salutes quã uniuersalis eccl'a tenebit suscipe/& ꝓfiteri: ut pꝫ ex pluribus sũmoꝝ pont .n. constitutionibus. Et ubi effectus nõ erat ꝓportionabilis ad uniuersos singulos eccl. ipsius uſis .o. cõphẽdet.

.m. d sente. exc. c. si sententia li. 6.

.n. c. 1. & 2. d fide cath. & eo. ti. i. 6. & clem. d here. c. cum xp̃s 12. d. c. 1. & 2.

.o. c. si sententia .§. 1. supra allega.

.p. Ad eph 5. c.

¶ Scd's error ex uerbis .p. ap'li cõfutat dũ ait. Xp̃s dilexit eccl. & tradidit semetip̃m ꝓ ea ut illã sctificaret / mundans eã lauacro aq̃ in uerbo uitæ. Glo. ibi dicit .i. quo dat uita/ q̃ accedẽte ad elementũ fit sacramẽtũ/sequit ut exhiberet ipse sibi: Glo. i. in futuro glosam eccl. non hñtem maculã neq; rugã aut aliquid hmôi: Q d uerbũ Aug in li. tetractationum de moribus eccl. exponens inquit. Sic accipiendũ est qd ait apostolus. Xp̃s dilexit eccl. suã: hoc est. n lauacrũ aq̃ in uerbo quo mundat eccl. sed cũ tota dicat q̃ diu hic ẽ/ dimitte nobis debita nr̃a: Nõ utiq; hic est sine macula uel ruga/uel aliquid hmôi. Itẽ si eccl. est corpus ipeccabile (ut dicunt) nõ hñs maculã: ut qd ꝓ illa xp̃s est passus & mortuus. Xp̃s nẽpe (ut ait Petrus in suis ep'lis) semel ꝓ pct̃is mortuus est/iustus ꝓ iniusto. Aut ergo frustra fuisse xp̃i passionem dicamus aut pro peccatoribus mortuum fateamur.

¶ Cõtra tertiũ errorẽ facit illud Glosç dictũ sup Psal. 127. Vox tua sicut uitis habũdãs: ubi Glo Vxor xp̃i ẽ inq: eccl. exponẽsq; uersiculũ sequentẽ fillii tui &c. dicit/ idẽ sũt filii xp̃i q uxor & eccl. ipsa. n. cõiunx xp̃i/ip̃a filia. Idẽ no. Lu. c. .x. dũ ait. Fidelis seru⁹ & prudẽs/quẽ dñs cõstituit sup familiã suã .i. eccl'iaꝫ/ut det illi tritici mensurã. Ecce ꝙ idẽ dicit ecclam esse & illos/qbus ministrandũ erat & tuticũ. Itẽ Ber

nardus in sermõe de nuptiis: ubi aqua ĩ uinũ est mutata: ut in .2.c.euangel. Io habet. Spõsa inqt xp̃i nos ipsi sumus & oẽs simul una spõsa/& aię singulorũ quasi singulę spõsę: est itaq; corpus eccl. xp̃i fideles ipsa mẽbra &c. Ex qbus p3 ecclesiã ipsã uniuersalẽ non esse rẽ inanimatã/ minimeq; xp̃i sacramẽtorũ indigã/ quã ueluti chimerã quãdã aduersarii cõfingũt. Sed eccl̃iaʒ eandẽ nihil aliud esse/ q̃ ipsos xp̃i fideles/exploratissimũ est. ¶ Ex sup̃ deductis stat cõclusio/papã esse supra uniuersalẽ ecclesiã/& a deo tantũ iudicandũ here sis causa tm̃ excepta; Et hãc opiniõeʒ summi Theologi cõ p̃bant/Albertus magnus beatus Thom.in.4.sniarũ.d.19.24 & .38.q.1.ar.penult.&.2.se.q.88.ar.ul Et ĩ li.c̃ errores grecorũ.c.32. Alex.de ales in.3.sniarũ.Petrus de tarãtasio & Bonauẽt.in.4. Ricardus de alta uilla.Petrus de palu.Aug.de ancho.in tractatu de p̃tãte papę.Henricus herueus.Alex.de alpidio.Car.sc̃ti Six. in suis tractatibus quos de p̃tãte eccl. cõposuere. Aluarus de planca/ecclesię p̃te prima.Anto.Archiep.flo.i.4.parte suæ sũmæ ti.3. Hãc eandẽ opiniõem eximii canonistarũ tenuerũt. u3.q.Inn.4 .r. Hugoli .s. Io. An.Hostieñ. Ant.de but.& Io de Imo. & .t. Abb.sicu. q̃ fuit sibi cõtrarius ĩ suis lecturis.Ep̃s Brixieñ. Ant.de Rosellis in suo tractatu de Po.papæ & impat. Cõdisaluus Auditor rotę Ep̃s oueteñ.in suo tractatu de po papę.u.Car.Alexandrinus .x. Io.theutonicus in suis glo..Et .y. Bern. glo sator.Et Andr.siculus .z.Barbãtia nuncupatus. Et hæc uẽ esse cõis .a. glo.& sanctorũ uirorũ snia:& licet p̃riam pauci tenuerint/non recte quidem de fide sentientes & a ueritate ipsa penitus deuiantes: A cõi tñ opinione .b. ciuiles leges suadent nõ esse aliquatenus recedendũ. Quã equidẽ ut ueram indubitãter affirmo: Saluo semp in oĩbus ap̃licæ & sacrosanctæ Ro.eccl.illiq; p̃sidentis Ro.Pont.iudicio/ cuius determinationi oĩa supra & infra scripta subiiciõ.

¶ Et ex supradictis infrascriptæ Conclu.eliciuntur.

¶ Conclusio.
.q. i.c.inqsitioni in fi. de sent. exc.
.r. xi.d.c.fi.
.s. In.c.p̃posuit d concess.p̃bẽ. & i .c.inquisitioni de sent.exoc & in.c. significasti d elec.
.t. in.c. significasti de elec.
.u. 15.d.in princ.
.x. 2.q.5.Mandastis .79.d. Si quis pecunia.15.d.sicut
.y.d Capel.Monachi ex parte.
.z. in cle.ne Romani de elec.
.a. Glo.in cle.ad nr̃aʒ de heret.§. tertio& i.c.ubi periculuʒ in princ.de elec.li.6.
.b. L. Atletas in princ. & ibi no. Aar.ff.de Infam. & no. bal.in.l.i.i fi.ff. de Senato.

CONCLVSIO PRIMA PRINCIPALIS.

Papa est supra uniuersalem ecclesiam & fortius supra Concilium.

.2. Potestas papę immediate est a Deo.

.3. Papa est uerum & unicum caput in terris totius Rei publicæ Christianæ.

.4. Regimen ecclesiæ est Monarchicum / non Aristocraticum aut politicum.

.5. Solus Petrus fuit a xp̄o immediate ep̄us cōstitutus

.6. Ptās clauis ordinis nullo mō pōt dici data eccl. uniuersali sic ut singulis eius mēbris dicat̃ cōpetere.

.7. Talis potestas solis sacerdotibus conpetit.

.8. Potestas hm̄oi non est data uniuersali eccesiæ seu omnibus eius mēbris cōiunctim.

Cōrel. Ex quo infert̃ ꝙ alicui sacerdoti demādare nō pōtẽ

.9. Ptās predicta / nec quo ad subiectū uel formā / neq̧ quoad radicem uel fundamentū esse potest in ecclesia uniuersali ut in quodam comuni subiecto.

.10. Talis potestas in uniuersitate clericoꝝ ut in quodā cōmuni subiecto esse non potest.

.11. Sacra scriptura de claue ordinis loquens de uniuersali ecclesia intelligi non potest capiendo ecclesiam ꝓ oibus suis mēbris coniunctim uel diuisis.

.12. Potestas clauis iurisditionis uniuersali ecclesiæ nullo modo est data / ita ꝙ singulis eius membris dicatur competere nt singulis.

.13. Potestas hm̄oi non est data uniuersali ecclesiæ ut uniuersitati siue oibus mēbris eius coniunctim.

.14. Si ecclesia uniuersalis est incapax clauiū / est incapax ordinis & iurisditionis per claues significatoꝝ.

Cōrel. Ex quo infertur impossibile esse illam habere iurisditionem supra papam.

.15. Potestas clauis iurisdictionalis est data tantū Petro

& successoribus p eos postmodū i alios deriuāda
.16. Potestatis plenitudo utriusq; clauis respectu i ecclesiā uniuersali esse ullo modo non potest.
.17. Potestatis hmōi plenitudo in solo papa residet.
.18. Cardinales & alii prelati oēs nil pape tribuunt uel minuunt quo ad potestatem prædictam.
.19. Negans plenitudinem hanc totam residere in papa est hereticus.
.20. Potestas hmōi clauium est data inter gratias gratis a Christo corpori ecclesiæ.
.21. Gratiæ hæ nō infunduntur nec cōicantur singulis membris corporis ecclesiæ.
.22. Tales gratiæ singularibus membris corporis particulatim, non aūt membrorꝶ cōitati infundunt.
.23. A sententia papæ non potest ad Conciliū appellari.
.24. A sententia Concilii appellari debet ad papam.
.25. A sententia papæ & Concilii cui papa præest ad papam appellari non potest.
.26. A sententia papę non potest ad xp̄m appellari.
.27. Statuta solius Concilii cum clausula decreti irritantis papam non ligant.
.28. Talia statuta in p̄iudicium Ro. pont. sunt nulla.
.29. Concilium non potest statuta sine auctoritate papę cōdere, p̄sertim in nō cōcernentibus fidē directe.
Cōrel. Ex quo iferf decretū Cōstañ cōcilii papā nō ligare
Cōrel. Infertur & aliud papam ex tali decreto non posse in mora constitui.
.30. Papa potest Conciliorꝶ statutis auctōritate pontificum celebratis derogare contra illa dispēsando.
.31. Papa statuta hmōi p̄t tollere contrariū statuendo.
.32. Non tenetur papa Concilium congregare nisi ubi causa heresis proprie esset tractanda uel fidei graue periculum immineret.
.33. Dubia fidei spectat ad Ro. pontificem terminare.

.34. Snia p̄pę p̄ualet sniȩ Concilii nisi heresim saper.
.35. Papa potest dissoluere uel alio transferre Conciliū legitime congregatum nisi manifestum ecclesię scandalum imminerer.
.36. In causa heresis proprie debet papa prius rogari ut Concilium conuocet anteq̄ contra illum possit procedi f̄m cōmunem opinionem doctoꝶ.
Cōrel. Ex quo infertur gesta contra eum forma præmissa non seruata nullius fore roboris uel momenti,
.37. Papa pro crimine notorio & manifesto etiam grauissimo & eccl. scandalizante deponi non pōt.
.38. Papa q̄tumuis incorrigibilis damnari non potest.
.39. Pro sola heresi tm̄ uel apostasia papa deponi potest
.40. Si anteq̄ de heresi conuincatur papa heresim abiuret deponi non potest f̄m cōem opi. doctoꝶ.
.41. Papa diuino non humano iure ligatur.
.42. Nulla iuris diuini auctoritate expresse cautum reperitur papam posse pro heresi deponi.
.43. Q̄d papa pro heresi possit deponi ex tacita iuris diuini mēte p̄cedit a sanctis p̄ribus interp̄tata cui interpretationi est standum oīo.
.44. Papa incidens inheresim dānatā non incurrit ipso facto pena a iure cōtra hereticos p̄mulgatas.
.45. Heresis est decisa a pontifice maxime dubia fidei cōcertentia improbare.
.46. Pape ante q̄ de heresi conuincatur non est obediētia subtrahenda.
Cōrel. Ex quo infert illius ptātem interī debere illesam p̄sistere. Vñ Car. & ep̄os creare atq; alias ecclesiasticas dignitates officiaq; ut prius ualebit cōferre.
.47. Non est parendum Pape uolenti uniuersalis eccl. statum peruertere.

FINIS